



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:



- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

**B**

864,715



888

A20

A48



DE  
AESCHYLI COPIA VERBORUM  
CAPITA SELECTA

SCRIPSIT

WOLFGANGUS ALY  
DR. PHIL.

---

BEROLINI  
APUD WEIDMANNOS  
MCMVI

Ut silvae foliis pronos mutantur in annos,  
prima cadunt, ita verborum vetus interit aetas  
et iuvenum ritu florent modo nata vigentque.

Hor. ep. II. 3 v. 60—62.

**FELICI SOLMSENIO**

**V. S. L. L. M.**





## PRAEFATIO.

---

Anni spatio praetermisso haec dissertatio duobus capitibus aucta et nunc primum confecta conclusaque iterum in lucem prodiit. Etsi materiam locupletissimam, quam pertractare nobis propositum erat, nullo modo hausimus, tamen satis habuimus haec, quae insequuntur, tria capita cum prolegomenis conscribere, qua in re conati sumus non tam universae Aeschyleae dictionis quasi imaginem adumbrare, quam in tanta verborum mole et tanto virorum doctorum dissensu hic et illic certum quaestionis fundamentum iacere. Atque aliquid quidem profecisse nobis videbimur, si nec materiae nostrae, quam undique congesimus, copia a perfectione nimis distabit nec via nec ratio, qua de singularum vocum memoria iudicavimus, diplicebunt. In colligenda quidem materia longe difficillimum fuit vestigia dialecti Ionicae consequi, cum lexica illorum scriptorum velut Herodoti, Hippocratis al. copiam verborum nullo modo hauriunt.

Gratias quam plurimas hoc loco F. Solmsenio ago, cui sacrum hunc libellum esse volui; nam is non solum viam totius quaestionis mihi aperuit, verum etiam et in colligenda materia et in conscribenda dissertatione insigni cum benivolentia me adiuvit, nec non A. Brinkmanno gratiam habeo, quod in scribendo libello iudex mihi gravissimus fuit.

Marpurgi Chatterum, mense Ianuario 1906.

---

## ADDENDA.

- p. 5, l. 22 *Μεσσαπίου* Ag. 293 (280), *ā* non mirum in nomine Boeothio.  
p. 5, l. 23 *Λήδας* (Gorg. Hel. 3 cf. W. Schulze, Gött. gel. Anz. 1896, p. 245)  
Atticum fuisse videtur.  
p. 5, not. 1 sim. *θαῦκος* cf. p. 68; *ἄγαν* (Aesch. passim, Theogn. 335, Pind.,  
Com. Thuc. Plat.) Atticum quomodo formatum sit, incertum est,  
cf. Prellwitz, etym. Lex., Brugmann, griech. Gramm. § 64. 1a.  
p. 6, l. 15 *Θρήσσαι* titulus tragoediae in catal. 2. 6.  
p. 7, l. 12 *θαῦκος* Prom. 831 (829) vide p. 68.  
p. 7, l. 16 *πηγμαίων* Choeph. 246 (238) in Laur.  
p. 14, l. 15 Aen. tact. 31. 14, 19, 33 (anno 360—50) *δέλτος*.  
p. 26, l. 18 *Ἐπίτωρ* nom. propr. II 695.  
p. 30, l. 9 Dittenb. Orient. Graec. inscr. 13. 12 *ἐκ τε τῶν ἱστοριῶν* (aetate  
Lysimachi).  
p. 30, l. 10 Alcid. π. σοφ. 1 *ἐπειδή τινες τῶν καλουμένων σοφιστῶν ἱστορίας  
μὲν καὶ παιδείας ἡμελήκασιν*.  
p. 34, l. 21 cf. Brugmann, griech. Gr. § 160. 1 not.  
p. 47, l. 29 Solon. frg. serv. in *Ἄθ. πολιτ.* XII p. 12. 20 Wilam. *ἐγὼ δὲ τούτων  
ὡσπερ ἐν μεταχμίῳ ὄρος κατέστην*.  
p. 51, l. 26 cf. K. Eulenburg, indog. Forsch. XV p. 138sq.  
p. 63, l. 30 Plut. Sull. 17 mentionem facit collis: *ἔστι δὲ κορυφή τραχὺία καὶ  
στροβιλώδης ὄρος, ὃ καλοῦμεν Ὀρθόπαγον* (in Boeotia).  
p. 85, l. 20 nonne inest versus iambicus?

## CORRIGENDA.

- p. 7, not. 1 lege p. 251.  
p. 7, not. 2 lege *\*σαιφανής*.  
p. 14, l. 8 lege VII. 239.  
p. 22, l. 10 lege tragoedia.  
p. 49, l. 22 lege <sup>2)</sup>, item in nota.

## NOTIS HISCE USUS SUM.

- C.-B. Collitz-Bechtel, Samml. d. griech. Dialektinschr.  
Klw. Hippocratis opera edid. J. Iberg et H. Kuehlewein vol. I 1894 et II 1902.  
L. Eiusdem editio Littraei, Paris. 1839—61.  
LXX. Veteris testamenti versio Graeca, quae vocatur Septuaginta.  
NT. Novum testamentum.

Tragoediam Atticam merae et immixtae Atthidis fontem non esse, diu est ex quo inter omnes constat. Atque facillime id in canticis conspicitur, quae non solum Doricis formis scatent, sed etiam Ionica et Aeolica elementa haud pauca continent. Neque vero aliter diverbiorum sermo variis ex elementis commixtus est. Quorum vestigia viri docti primo sonorum tantum ratione habita conquisiverunt. Hac via certissime sane singulae formae singulis dialectis vindicantur, dummodo constet, quantumtribuendum sit auctoritati codicum fallaci in his minutiis, imprimis in distinguendis vocalibus  $\alpha$  et  $\eta$ , quae summi momenti sunt ad discernendas dialectos. Hanc „de vocalis  $\alpha$  pro  $\eta$  in tragicorum Graecorum versibus trimetris usu“ quaestionem instituit C. Barlen Bonnae 1872, Doricas illas, quae vocantur, formas antiquiori Atticorum linguae tribuendas esse ratus. Iam ante eum C. Althaus de universo tragoediae Dorismo quaesivit Berol. 1866, additis curis secundis Spand. 1870; totam Graecae tragoediae dialectum accuratissime tractavit B. Gerth, Curt. Stud. I. 2. (1868) p. 225 sqq. Tum de Aeschylis formis epicis egit B. Franklin in prima parte dissertationis: Traces of epic influence in the tragedies of Aeschylus, Baltimore 1895. Item Sophoclis Ionicas verborum formas congessit H. Wittekind in priore parte dissertationis Gissensis „de sermone Sophocleo“ conscriptae, Budingae 1895. De Aeschylis quaestionem nuper pro parte retractavit de Mess in „quaestionibus de epigrammate Attico et tragoedia antiquiore dialecticis“, Bonnae 1898. In universum de tragoediae sermone disputavit imprimis de Wilamowitz pluribus locis, cf. Verh. d. 32. Phil.-Vers. Wiesbaden 1877, p. 36 sqq., Zeitschr. f. Gymnasialwesen 1884, p. 106 sqq., Phil. Unters. VII, p. 310, Herculis in ed. alt. p. VII al.

Quibus virorum doctorum studiis haec satis confirmata videntur esse: Omnis poetarum Graecorum sermo artificiose compositus com-

mixtus est ex variis dialectis. Nam quam apud gentem unum quodque carminis genus primum inventum et tractatum est, eius potissimum dialectum prae se ferre solet, ita tamen, ut ne aliarum quidem vestigia dialectorum desint, quantum quidem in similibus poesis generibus antea excultae erant. Hanc quasi legem post Ahrensii, Wilamowitzii, aliorum inventa atque curas E. Zarncke in libello: *Die Entwicklung der griechischen Litteratursprachen*, Lips. 1890 uberrime explicuit. Quae cum ita sint, facile intellegitur chori tragici dialectum eandem fere esse, quae in omni chorica poesi valebat. In diverbiis autem Atticam dialectum non solum maiores, sed primas partes obtinere consentaneum est, quoniam et diverbiorum sermo proxime accedit ad familiarem consuetudinem et tragoedia ipsa ab Atheniensibus inventa est. Neque tamen mirum, quod permulta extant vestigia dialecti Ionum, quippe a quibus iambica poesis tota profecta sit. Admixta sunt praeterea haud pauca dictionis epicae elementa, quae instar fundamenti est omni Graecorum sermoni artificiosiori. Neque deesse lyrici sermonis vestigia facile inde explicatur, quod ad lyricam poesis revocanda sunt primordia tragoediae teste Aristotele *γενομένης . . . ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον*.

Quae dialectorum mixtio ut rectius intellegatur, eas ex Aeschylī diverbiis formas conquisivimus, quas ex quo Atticam dialectum inscriptionum auxilio cognovimus, id est a VII. et VI. saeculis, non Atticas fuisse propter sonorum rationem constat. Aeschylum autem elegimus e tragicorum poetarum numero, quia omnem de tragoediae dialecto quaestionem ab Aeschylō, antiquissimo cuius quidem tragoedias habemus poeta repetendam esse facile apparet.

Quarum formarum haud paucas revera ab Aeschylō scriptas fuisse pluribus argumentis comprobatur. Primum quidem multae numerorum ratione ita postulantur, ut non liceat Atticae dialecti formas in eorum locum substituere; tum scriptura confirmatur consensu omnium locorum sive apud solum Aeschylum sive apud omnes tragicos poetas; sunt denique quae analogia defendantur velut *α* vocalis in compositarum vocum iunctura conservata. Reliquae formae minus certae sunt. Tamen eae quoque ne neglegantur, cavendum est. Iam enim in vetusta illa charta, cui Timothei Persas debemus, cernere licet, qualis in sermone poetico circa a. 400 potuerit esse formarum dialecticarum mixtio, cf. v. Wilamowitz, *Tim.* p. 40 sq.

Ordiamur igitur ab iis formis, quae neque Atticae neque Ionicae, sed partim Doriensibus, partim Aeolis attribuendae sunt:

Ἄθᾶνα Sept. 1) 487 (470), ubi Ὀγκας Ἄθᾶνας legitur, solum Ὀγκα praeterea Sept. 501 (484) trim. 164 (149) chor. Ἄθᾶνα Eum. 235 (233), 443 (439), 892 (874), contra Ἄθηναλα traditur Eum. 288 (284), 299 (295), 614 (604).

ἄμός pro ἐμός Suppl. 322 (309), Sept. 654 (637) metro postulante, Eum. 440 (436) recc. codd. exhibent ἐμῆς priore syllaba ancipiti; adde in canticis Suppl. 106 (99), Sept. 417 (400), Choeph. 428 (416), 437 (425).

γαμός Suppl. 613 (593), Eum. 890 (872); γάπεδον Prom. 829 (827) restit. Porson pro δάπεδον metro postulante; γάποτος Pers. 621 (619), Choeph. 97 (90), 163 (157); γατόμος frg. 196. 3.

δαρόν Suppl. 516 (498), Prom. 648 (647), 940 (939); adde in cantico δαρόβιος Sept. 524 (507).

ἐβδομαγέτας de Apolline Sept. 800 (783); μεταδόκος Suppl. 713 (679); λοχαγέται Sept. 42.

ἔκατι Pers. 347 (335), Ag. 874 (838), Choeph. 214 (206), 701 (682), 996 (993), Eum. 71, 759 (749); adde in cantico Choeph. 436 (424) sq.

ἔμπας Prom. 48, Choeph. 691 (672) ᾗ: Laur. ἐνπᾶς cf. de Wilamowitz ad hunc locum p. 218, Eum. 229 (227); adde in canticis Suppl. 101 (95), Prom. 187 (190) ᾗ, Choeph. 389 (378). Uno Supplicium loco *a* vocalis producitur, reliquis aut anceps aut brevis est, quare de Wilamowitz formam secundariam ἐμπᾶς statuendam esse censuit, quae etiam in Callini frg. 1. 16 traditur: codd. ἔμπᾶς, edd. ἔμπης, vide Hoffmanni Gr. dial. III p. 306; cf. schol. Soph. Ai. 122: Ἴωνες ἔμπης φασίν, Ἀττικοὶ δὲ ἔμπας καὶ ἔμπα. Hoc extat apud Pind. Nem. IV. 37 et Soph. Ai. 563 trim.

κδροβανός Suppl. 914 (881), Ag. 1061 (1014); adde in cantico Suppl. 119 (109).

λαός Pers. 729 (720), 770 (762), Suppl. 367 (352), 517 (500), frg. 313. 2; adde in canticis Pers. 92, 593 (591), 1025 (995),

1) Aeschyli tragoedias secundum temporum ordinem, quibus quaeque fabula acta videtur, attulimus secuti hac in re Dieterichium apud Pauly-Wissowam s. v. Aischylos, qui hunc ordinem comprobavit: Pers. Suppl. Sept. Prom. Orest., etsi de Prometheo dubitare licet. Versuum dinumeratione usi sumus Dindorfii, uncis inclusos numeros Kirchhoffianos adiecimus. Ultimo loco fragmenta secundum Nauckii ed. alt. posuimus.

Suppl. 89 (83), 976 (943) (anap.), Sept. 89 (Dind. *λεώς*), *λαοπόρος* Pers. 114 (104), *λαοδάμας* Sept. 343 (326). *λαοπαθής* Pers. 945 (923) corruptum est metro quattuor breves syllabas postulante. Contra *λεώς* in diverbiis extat Pers. 383 (381), 789 (780), Suppl. 400 (385), 485 (468), 621 (601), Eum. 15, 290 (286), 638 (628), 681 (671), 775 (765); et in canticis Pers. 126 (127), Sept. 80, 290 (273), Ag. 189 (176), Eum. 998 (975).

*ναός*, *πρόναος* Suppl. 494 (477).

*ναῦς*, *ναός* vel *ναῶν* Pers. 313 (311), 340 (338), 359 (357), 383 (381), 455 (453), 457 (455), 478 (476), 480 (478), Suppl. 767 (753), Sept. 62 (recc. nonnulli codd. *νηός*), 278 (261), Ag. 897 (861); adde in canticis Pers. 963 (940), Ag. 227 (214), in anapaestis Pers. 19, 36 (40), 54 (56). Contra *νεώς*, *νεῶν* in diverbiis Pers. 305 (303), 323 (321), 334 (332), 352 (350), 366 (364), 380 (378), 410 (408), 413 (411), 419 (417), 450 (448), Suppl. 715 (681), 717 (683), Sept. 210 (192), Prom. 727 (725), Ag. 1227 (1181), Eum. 251 (249), 657 (627); et in cantico Ag. 113, 185 (172), 195 (181).

*ὀπάων* Suppl. 492 (473), 954 (921), Choeph. 769 (750); in canticis non legitur.

*ποιμάνωρ* Pers. 241; *στυγάνωρ* Prom. 724 (722); *πειθάνωρ* Ag. 1639 (1610); *φιλάνωρ* Ag. 856 (820); in canticis non solum voces in *-άνωρ*, sed etiam in *-ήνωρ* formatae traduntur: *ἀγήνωρ* Sept. 117, *δεισήνωρ* Ag. 154 (143), *ἀντήνωρ* Ag. 443 (425), *ποιμανόριον* Pers. 76, *φιλάνωρ* Pers. 136, *ἀγανόρειος* Pers. 1028 (999), *δυσάνωρ* Suppl. 1064 (1030), *διδυμανορέα* Sept. 849 (831), *ἀστεργάνωρ* Prom. 898 (896), *φιλάνωρ* Ag. 411 (395) cf. de Mess, quaest. de epigram. etc. p. 40 sq.

*πτόλις* Sept. 6, 250 (232), 561 (544), Ag. 595 (573), Eum. 79 (*ποτι πτόλων*); adde in canticis Suppl. 699 (665), Sept. 114 (109), 328 (321), 483 (466), 844 (825), Eum. 1015 (993).

*τᾶγός* Pers. 324 (322), 480 (478), *τᾶγέω* Pers. 764 (755), *τᾶγεύω* Sept. 58; adde in anapaestis Pers. 23 (24), Prom. 96, in cantico Ag. 110 (109). A voce *ταγή* formatum est *τᾶγοῦχος* Eum. 296 (292) trim.

*τιμάορος* Ag. 514 (492), 1280 (1234), 1324 (1278), 1578 (1549), Choeph. 143 (137); in cantico *τιμάωρ* Suppl. 43.

*ῥμμε* Eum. 620 (610).

*πεδάρσιος* pro *μετάρσιος*; *πεδὰ* praepositio non propter sonorum rationem, sed propter usum non Attica est, tamen una cum reliquis Aeolismis huius vocis testimonia in Aeschyli diverbiis reperta apponere licet: Prom. 269 (272), 710 (708), 916 (915), Choeph. 846 (839). *μετάρσιος* Ionica vox videtur esse. In canticis reperitur *πεδά*: Choeph. 589 (575) sq. (*πεδαίχμιος*, *πεδάορος*), frg. 53 (*πέδοικος*).

Sola codicum auctoritate *α*, quod vocatur Doricum, nititur his locis: Pers. 160 *ἐννατήριον*, *ibid.* 157 *ἐννητήριον*; *ibid.* 279 (277), 336 (334) *νάϊος*, contra *νηϊος* Suppl. 719 (685), adde *νάϊος* in anapaestis Suppl. 2, in cantico *ibid.* 826 (790); Pers. 698 (689) *μακιστήρα*, cf. Ag. 289 (276) et frg. 281. 1 infra comm. Suppl. 466 (449) trad. *μακιστήρα* M, repon. *μαστικτήρα*; Suppl. 985 (952) *ὄπαδός*; Sept. 277 (260) *δῆος*, M. *δάϊος*, cf. Prom. 352 (356) infra comm., *δήϊος* traditur Ag. 559 (537), in canticis *δάϊος* vel *δῆος* quater et decies reperitur; Sept. 532 (515) *ματρός*, recc. codd. *η*; Prom. 61 *πόρπασον*, aequè *ibid.* 142 anap. legitur *προσπόρπατος* (vide de hoc verbo in capite tertio); *ibid.* 352 (356) *δάϊος*, vide supra; *ibid.* 502 (504) *σίδαρον*, recc. codd. *η*; *ibid.* 805 (803) *ἵπποβάμων*; Ag. 284 (271) *πανόν* ex Ath. codd. *φανόν*<sup>1)</sup>; *ibid.* 289 (276) *Μακιστον σκοπαί* (vide supra), schol. *Μάκιστον ὄρος Ἐθβολίας*, etsi *α* in nomine Euboico mirum est; *ibid.* 539 (517) *τεθνᾶναι*; *ibid.* 914 (878) *Λήδας*, idem legitur in vase fictili, cf. Meisterhans, Gramm. d. att. Inschr.<sup>3</sup> p. 16. 13; Ag. 920 (884) *βόαμα* suprascr. *η* cod. *α*, *βόημα* c deficiente M; *ibid.* 1281 (1235) *ποινάτωρ*; *ibid.* 1435 (1384) *ἐμάς* M pro *ἐμῆς*; Choeph. 571 (558) *βαλός*, schol. *βηλόν· τὸν οὐδόν*, cf. Bekk. Anecd. p. 224. 16 *τὸν τῆς θύρας οὐδόν, δν Ὀμηρος βηλόν, οἱ δὲ τραγικοὶ βαλόν*; Choeph. 772 (753) *γαθούση*, trad. *τάχιστ' ἀγαθούση* M; Eum. 23 *ἀναστροφά* recc. *η*; frg. 20 apud Phil. Iud. II. 468 trad. *αὔδασον*; frg. 281. 1 apud [Longin.] de subl. 3. 1 trad. *υάκιστον* (vide supra)<sup>2)</sup>.

Harum formarum nonnullas non negamus fuisse Atticis in usu, id quod de vocibus *λοχαγός* (vide supra *λοχαγέται*), *πορπαξ* sim. inter omnes constat. Item *νάμα* et *νανάγιον*, quae voces *α* longum impurum praebent, apud Atticos scriptores leguntur, *νάμα* apud

<sup>1)</sup> *φανός* = *φαινός* (Brugmann, gr. Gr. p. 47) Atticorum in usu erat: Plat. Aristoph.

<sup>2)</sup> Praetermittenda nobis sunt *ἄπλάτος* Prom. 371 (375) M *ἄπλητος*, Schütz *ἄπλητος* et *πρόσπλατος* Prom. 716 (714) M *πρόσπλατος*.



Platonem, *νανάγιον* eiusque derivata apud Aristophanem et Demosthenem; in Aeschyli diverbiis reperitur *νᾶμα* Prom. 806 (804), frg. 300. 6, *νανάγιον* Pers. 420 (418), *ναναγέω* frg. 180. 4. Reliqua certe non Attica fuerunt.

Item Atticae dialecti legibus repugnant coniunctae consonae -ρσ- et -σσ-. Haec ubique apud Aeschylum leguntur excepto uno *γλώττα* Sept. 439 (422), quod omni auctoritate destitutum est. Inscriptiones autem vel vetustissimae demonstrant Athenienses pronuntiasse -ρρ- et -ττ-. Eisdem comprobatur vocales, quas apud scriptores vere Atticos contractas videmus, iam sexto saeculo coluisse; apud tragicos autem poetas saepissime numerorum ratione postulante non contrahuntur, qui Ionum vetustiorum mos erat. Exempla conguessit Franklin loc. comm. Accedunt aliae formae Ionicae:

*Θρηικ-* stirps in omnibus derivatis sic scribitur Pers. 509 (507), Ag. 654 (632), 1418 (1372); etiam in canticis traditur η Pers. 576 (564), 870 (860).

*προεμμενής* \**πρημμενής* cf. *πραῦς*, *πραῦνω* Pers. 220, 224, 609 (607), 685 (676), Suppl. 210 (200), Ag. 840 (804), 950 (914), 1647 (1618), Eum. 236 (234), frg. 43. 2, 92; adde in cant. Suppl. 140 (128).

*ἐξεκείνωσε* Pers. 761 (752).

*ἑών* Pers. 781 (773).

*πόλεος* Sept. 218 (200) cf. Meister, Herodas p. 816, Hoffmann, gr. Dial. III, p. 478; metrum postulat  $\underline{\cup}\underline{\cup}$ . Eadem genitivi forma metro non postulante traditur Suppl. 495 (478) *δι' ἄστεως* o suprascripto in M (in fine senarii).

*δουριπληχθ'* (*λάφυρα*) Sept. 277 (260); Porson scripsit *δουριληφθ'*! cf. in cant. *δουρικλυτος* Pers. 85, *δουρικμής* Choeph. 365 (354).

*παρητς* Sept. 534 (517) et in cant. Choeph. 24. vide *παρεία* infra.

*μούνωψ* Prom. 804 (802).

*τηλουρός* Prom. 1, 807 (805).

*ξύνουρος* Ag. 495 (473).

*ζόη* frg. 206. 2, cf. Hoffmann, Gr. Dial. III, p. 524. o metro confirmatur, nam fragmentum apud Galenum non accurate traditum restituendum est:

*πικρά γὰρ - ὦ κοῦ διὰ ζόης | ἀτμοί...*

fo. suppl. *ἔσσι*, quia verisimile est primam vocis *ἀτμός* syllabam produci, cf. de Mess, Mus. Rhen. 58, p. 290 not. 2.

Reliquae incertiores sunt, conguessimus autem has fere, quarum plurimas Laurentianus codex praebet: *τοί* Pers. 424 (422)<sup>1)</sup>. *νησοί* Pers. 448 (446). *ἰρόν* Pers. 745 (736). *ἰθύνω*: Pers. 773 (764) *ἦθυνε*, mut. in *ἴθυνε* Laur., frg. 200 apud Plut. Mor. p. 757 E; simil. in cant. Pers. 860 (851) Laur. exhibet *ἐπέ.θυνον* eraso *υ* ante *θ*. *πάτρη* Pers. 774 (765) suprascripto *α* in Laur. *βύβλου* Suppl. 761 (727), cf. Hoffmann, gr. Dial. III, p. 290. *ἔδρης* Prom. 201 (204). *αἰτίην* Prom. 226 (229). *ἐκατογράφος* Prom. 353 (357) in Laur. scribitur *ἐκατοντοκάργος*<sup>a</sup>, cf. de Mess, Mus. Rhen. 56, p. 171. *πωλεόμεναι* Prom. 645 (644) sscr. *πο* in Laur. *διηνεκῆς* Ag. 319 (306). *κατεπέκαζον* Ag. 561 (539), sed *ψακάς* 1390 (1344), in cant. *ψεκάς* 1534 (1496). cf. Hoffmann, gr. Dial. III, p. 238. *Τροίην* Ag. 577 (555). *δήριος* Ag. 942 (906), metrum *δήρεως* non refutat.

Etiam has formas Ionicas habendas<sup>2)</sup> esse verisimile est: *ἔθρισα* aor. sync. verbi *θερίζω* Ag. 536 (514), cf. de Mess, Mus.

<sup>1)</sup> Hanc dativi formam priscam Atticam fuisse censuit W. Schulze, Gō. gel. Anz. 1896, p. 25.

<sup>2)</sup> Siquidem recte alterum *αιανής* a Wackernagelio, verm. Beiträge p. 7, ex *\*σαιφανής*, alterum *ἀτμός* a Solmsenio, griech. Laut- und Verslehre p. 271 ex *\*ἀστειμός* deductum est, utraque vox propter psilosin huc referenda est:

*αιᾶνής* Pers. 281 (279) chor. 635 (634) chor. 940 (919) chor. Eum. 416 (412) trim. 479 (475) trim. 943 (923) chor. Vox nota est ex Archilocho frg. 38, extat apud Sophoclem Ai. 672 trim. El. 506 chor. Pindarum Pyth. I. 83, IV. 236, Isth. I. 49, III. 2, Lycophronem Al. 928, ubique eodem sensu „horridi, timendi“; *αιᾶνής* „aeternus“ Eum. 572 (562), 672 (662) trim. ad stirpem vocis *αιών* referendum est.

*ἀτμός* Ag. 1311 (1265). Eum. 138. frg. 206. 2, Soph. frg. 341. 1 (*ἀτμίω*), Eurip. frg. 781. 2 et 53 in diverbiis. Significat autem „Dunst“. Apud Iones Homerus dixit *ἀὔτμη* I 609, Σ 471 etc. Hesiodus Th. 862 *ἀὔτμη* (aut *ἀτμη*, cf. ed. Rzach.), Herodotus IV. 75 *ἀτμεις*; Hippocrates *ἀτμός* et derivata persaepe exhibet; apud Atticos scriptores ubique ex Ionica dialecto vel ex poetico sermone recepta videtur, Plat. Tim. p. 87 A (ex sermone Hippocrateo), Xen. Anab. 4. 5. 15, [Pherecr.] Metall. frg. 108. 15 (K. I. 175, Mei. II. 300), Nicostr. frg. 15. 5 (K. II. 223, Mei. III. 284), Alexid. frg. 124. 16 (K. II. 341, Mei. III. 440). Denique vox frequens est apud Aristotelem et recentiores.

Etiam formatio vocum in *-ἀρχης* pro Attico *-αρχος* Ionibus propria fuisse videtur, cf. Meisterhans, Gramm. der att. Inschr.<sup>3</sup> p. 124. 1; tales apud Aeschylum formae traduntur in frg. 182 metr. inc. *καὶ ταξίαρχας καὶ στρατάρχας καὶ ἑκατοντάρχας*.

Rhen. 58 p. 285 sq. Mensura  $\text{—} \cup \text{—}$  apud Aeschylum Ionica est eademque forma et mensura extat apud Eurip. Hel. 1188 trim. Or. 128 trim. et apud Archilochum frg. 138. Herodotus, si quidem codicibus fides habenda est, IV. 42 *θερσιαντες* scripsit. *χειρῶναξ*, \**χειροφάναξ* Ionico more contractum videtur; testimonia vide infra p. 50 sq. *ἀεικής* Prom. 525 (527) legitur, item in anapaestis Prom. 97, 1042 (1041), contra in diverbio *αϊκής* (M *ἀεικής* contra metrum) Prom. 472 (474). Voces a stirpe *ἀεικ-* formatae Atheniensibus plane ignotae, Ionibus usitatae sunt, cf. Hoffmann, gr. Dial. III, p. 325. Athenienses stirpem deminutam *αικ-* adhibere solent. *ξυνός* Suppl. 367 (352), Sept. 76 *ξυνάων* (?) frg. 99. 6 potius in quaestione de copia verborum instituenda tractandum erit. Cottidiano Atticorum sermoni non ignota sunt verba, quae propter sonorum rationem Ionica videntur esse, *ἀντήλιος* et *παρειά* \**παρηιά* (vide supra *παρηής*). *δληρη* autem Choeph. 766 (757) Attice potuit formari.

Restant exempla apocopae, quam aliquando Athenis non ignotam fuisse comprobatur nomine vere Attico *Ἀνδοκίδης*, etsi in pedestri Atticorum sermone paulatim plane evanuit. Praeter Homerum praecipue in lyrica poesi in usu mansit. Herodotus quoque eam non raro exhibet. In Aeschyli diverbiis reperuntur: *ἀν(α)*-Pers. 163, 807 (798), Sept. 466 (449), 535 (518), Prom. 375 (379), 456 (459), 707 (705), 791 (789), Ag. 7, 27, 305 (292), 340 (327), 1180 (1134), 1599 (1570), Choeph. 280 (272), 282 (274), frg. 300. 7; mire *ἀνα-* in arsi servatur Pers. 621 (619), Eum. 243 (241). *κατθανεῖν* Ag. 873 (837), 1303 (1257), Choeph. 144 (138), *πάρ Διός* Eum. 229 (227), *παρβαλω* ibid. 768 (758).

Exemplis igitur satis multis demonstratur sermonem ut cantorum, ita diverbiorum tragoediae Atticae commixtum esse ex variis elementis, quorum haud exigua pars Ionicae genti attribuenda est. Accedunt Ionismi exempla duo gravissima in fragmento Phrynichi a Dielsio nuper in mus. Rhen. 56, p. 29 admirabili cum acumine restituto:

ἐς δὲ προ]ωτήν δεελλην πλειο[νες δισμορ]λιον  
*ἄνδρες ἐκτελνοντο [καὶ τοῖς ὀψ]λην ἐς δειέλην.*

Ex quo efficitur Ionica elementa in antiquissimis tragoediis etiam maioris momenti fuisse quam apud Aeschylum.

Verum tamen non satis est sonorum rationem habuisse. Neque enim sonis solis inter se differunt dialecti, sed verba quoque verborumque significationes aliis alia dialectis propria sunt. Itaque quaeritur, num in verborum quoque copia, qua poetae tragici utuntur, aliarum vestigia dialectorum indagare liceat. Quam quaestionem illa quidem multo intricatiorem nec tamen minus necessariam primus movit Rutherfordius, the new Phrynichus, London 1881, p. 1—31 et 32—52<sup>1)</sup>.

Vidit vir ille doctissimus in Atticae tragoediae sermone multas voces usitatas esse, quibus Herodotus uti soleat neque eas scriptores praebeant, qui purae Atthidis testes habendi sunt. Quarum vocum cum duas, ἀκτῆ et ζωστῆ aliquando Atticas fuisse eo comprobasset, quod Attica loca his nominibus appellarentur, idem de ceteris valere statuit. Ex hoc igitur consensu Herodoti et tragicorum quasi elucere copiam verborum priscae Atthidis eorum temporum, quibus tragoedia primum in scaenam prodiiisset, i. e. VI. fere saeculi exeuntis; huius enim aetatis sermonem Atheniensium familiarem fundamentum esse dictionis tragicæ. Primum et alterum rectissime statuit vir ille doctissimus. Tamen praepropere pedem protulit. Licet enim iure verba aliquot apud tragicos solum Ionesque obvia priscae Atthidi tribuantur, statimne sequitur, ut idem de omnibus huius generis vocabulis iudicandum sit? Quod ne affirmemus vel id obstat, quod, ut antea vidimus, mixtam ex diversarum dialectorum elementis revera esse tragicorum sermonem sonorum observatione evincitur.

Quaerendi viam, quam munierat Rutherford, summa cum industria persecutus in sententiam plane contrariam abiit Wittekind, qui in dissertatione supra commemorata uberrimam congestit molem verborum, quae communia sunt scriptoribus Ionicis tragicisque poetis nec tamen apud scriptores vere Atticos leguntur. Qua in re Atticismi quasi normam esse voluit Platonem et Isocratem, Ionicae dialecti testes potissimum adhibuit Herodotum et Hippocratem, e tragicorum autem numero — id quod sane mirere — non Aeschylum, sed Sophoclem quasi exemplar elegit. Hanc autem vocabulorum congeriem totam Ionicae originis esse sibi persuasit. Etsi

---

<sup>1)</sup> vertit Germanice Funck, *Fleckeis. Jahrb. f. Philol. Suppl. XIII, 1884.*  
p. 358—399.

vero propter eam, de qua supra dictum est, causam vel per se verisimillimum est inesse in illo numero revera sive aliquot sive multas voces Ionicas, comprobavit tamen Wittekind ne unam quidem necessario ad Ionum dialectum esse revocandam. Quamvis igitur vehementer initio dissertationis Rutherfordii sententiam oppugnaverit, quo errore is laboraret, non perspexit. Fortasse uterque partem veri vidit, certi adhuc nihil de tragicorum copia verborum cognitum est.

Neque enim Verrallii disputatio de vocibus *-οσσυνο-* suffixi ope formatis, *Journal of hellenic studies* I (1880) p. 260—292, II (1881) p. 179—216 magnopere nos adjuvat, quia illis verbis propter mensuram in diverbiis locus non est. Praeterea Verrall epica elementa non secrevit ab iis Ionicis, quae alia via in tragoediam invaserunt, id quod minime neglegendum est.

Omnia epicae dictionis vestigia apud Aeschylum indagare studuit Franklin in dissertatione supra commemorata, indice vocum epicarum satis accurate et caute confecto. Qua in re non tamen obliviscendum est haud pauca vocabula epica Aeschylum potius ex lyrica poesi recepisse, id quod cum aliis rebus tum *a* Dorico in epicas voces inducto comprobatur, velut *δαρός* Hom. *δηρός*, *ἐκατι* Hom. *ἐκητι*.

Postremus nobis nominandus est de Wilamowitz, qui in commentariis ad Choephoros, Herculem, Hippolytum conscriptis tragicorum aliquot verba Ionicae dialecto acutissime vindicavit.

Atque haec quidem adhuc de tragicorum Graecorum copia verborum potissimum disputata sunt. In quibus quid desideretur, maximam partem iam vidimus. Imprimis autem deest certius et latius totius quaestionis fundamentum, in quo pedem figere liceat. Itaque conati sumus rem satis lubricam et coniecturis audacioribus vel magis perturbatam ita retractare, ut tale non iam desit fundamentum. Quod ut assequeremur, non solum singularum vocum quam plurima testimonia ab antiquissimis temporibus usque ad recentissima ne derivatis quidem neglectis collegimus, sed etiam cum veriloquium, tum vim et significationem significationumque vicissitudines accuratius, quam adhuc fieri solebat, perscrutati sumus, ut omnis vocis memoria<sup>1)</sup> ex ordine di-

<sup>1)</sup> cf. de hac quaestionis ratione de Wilamowitz, *Ilyllos v. Epidauros*, p. 137 (de voce *ζάθεος*).

gesta sub uno conspectu collocaretur. Atque nisi hoc modo de origine et patria vocabulorum certi quicquam statui non posse nobis persuasum est. Profecti autem a colligendis iis verbis, quae communia tragicis poetis cum Archilocho, Herodoto, Hippocrate, ceteris Ionicae dialecti auctoribus neque alibi usitata sunt, primum quidem ex hac collectione ea exemimus, quibus certa Ionicae originis signa impressa esse videbantur. Tum ab his ea illius congeriei verba secernere conati sumus, quae cum veri quadam specie priscae Atthidi vindicantur. Neque tamen id egimus, ut quam plurimorum verborum de origine tractaremus, sed ut quam certissima originis vestigia enuclearemus.

Quae quaestionis ratio, ne intricatior fiat, procul habuimus vocabula epica.

Postremo appendicis loco quaesivimus, quae verba Aeschylus ex Siciliensium sermone recepisse videatur.

---

## Caput I.

### DE VOCIBUS AESCHYLI IONICIS.

Aliquando Atticam et Ionicam dialectum multo minus diversas fuisse quam VI. et V. saeculis, priusquam Iones in Asiam transiissent, inter omnes constat. Tum tempore procedente magis magisque altera ab altera abalienata suas utraque vias persecuta est, cum vario modo aut prisca retinerent aut nova fingerent. In omnibus autem verbis, quae priscae linguae attribuenda sunt, res incerta manet, utrum, si in tragoedia occurrunt, Attica an Ionica habenda sint. Fontibus enim aequalibus tragoediae deficientibus eruere non possumus, quae quaeque vox aetate in Attica obsoleverit aut evanuerit. Fieri potuit, ut vox apud Iones semper usitata Athenis anno 500 etiamtum in usu esset, quam brevi evanidam apud Atticos scriptores V. et IV. saec. frustra quaeras. Aliter res se habet de iis, quae in utraque dialecto novatae sunt. Quorum pars ita conformata est, ut utri dialecto originitus tribuenda sint certo argumento decerni nequeat. Sunt vero etiam, quae aperta originis signa prae se ferant, sive forma habituque exteriore, de quibus supra iam satis actum est, sive vi ac significatione; tertium quoddam genus est eorum vocabulorum, quae ex peregrinis linguis recepta sunt. Talia ubi in tragoedia occurrunt, per Iones tradita esse putanda sunt, siquidem ex orientis linguis oriunda et apud Iones usitata Atticae consuetudini desunt. Restant eae voces, quibus usu frequenti plane nova et singularis significatio data est, quam eidem voci plane eadem ratione bis secretis locis tributam esse credibile non est. Velut *προῖξ* Graecis omne donum est, solis Atheniensibus (cf. p. 37) certum quoddam doni genus, quod Latine *dos* vocatur. *εὐφρόνη* Graecis, si voce omnino utuntur, „mulier benevolens“ est, ipsa vox solis Ionibus. *ἀμφιλαφής* vocem Ionicam esse non tam eo comprobatur, quod apud scriptores Ionicos potissi-

mum legitur, sed quod et in tragoedia et apud Iones sensu detricto pro eo, quod est „amplius“, usurpatur. Certe saepenumero haec ratio, etsi fallax esse potest, unica via est, qua quaestionem de singularum vocum origine diiudicare liceat.

Iam vero quaeritur, unde haec tragici poetae verba tali via ac ratione Ionicae dialecto vindicata acceperint. Plurima ex iambicae poesis sermone, quae quasi parentes diverbii tragici habentur, recepta esse constat, cf. de Wilamowitz, philol. Unters. III, p. 310 sq. Neque vero lyrica poesis praeter ea, quae ex epico sermone illata sunt elementa, vocum Ionicarum expers est, quae maxime apud poetas Iones natos in usum venerunt, cf. R. Holsten, de Stesichori et Ibyci dial. et copia verb., Gryph. 1884. Uter autem fons gravioris momenti ad conformandum tragicum et diverbiorum et canticorum sermonem fuerit, etiamsi difficile est diiudicare, tamen ne haec quaestio plane neglegatur, re peracta tractabitur. Etiam familiaris Atheniensium sermo tempore procedente multa et alia et Ionica elementa recepit, cf. [Xen.] rep. Ath. 2.8, quod inde a VI. saeculo factum esse veri quandam speciem prae se fert propter commercii vicissitudines. Unde ne radicem Ionismorum tragoediae petamus, obstat, quod haec paulatim magis magisque Attica fit, illa autem Atticae consuetudinis elementa tempore procedente valde augentur.

### 1. Voces peregrinae.

#### ΔΕΛΤΟΣ, ΔΕΛΤΟΓΡΑΦΟΣ, ΔΕΛΤΟΥΜΑΙ.

Suppl. 179 (169) trim. *αἰνῶ φυλάξαι τᾶμ' ἔπη δελτουμένας*. Prom. 789 (787) trim. *μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν*. Eum. 275 (271) chor. *δελτογράφω δὲ πάντ' ἐπωπᾶ φρενί*. Est igitur ἡ δέλτος „tabula scriptoria“, unde formatum est *δελτογράφος* „qui in tabulas refert“ et *δελτοῦμαι* „in tabulas refero“, cf. schol. ad Suppl. et Eum. l. c. Eodem sensu δέλτος legitur apud Sophoclem Trach. 47, 157, 683, frg. 540 in diverbiis et apud Euripidem haud raro. Lycophron Al. 1382 tragicorum usum sequitur, aequae atque Aristophanes Thesm. 778 anap. *ἄγε δὴ πινάκων ξεστῶν δέλτοι*. Mnesilochus enim Euripidis Palamedam imitatur, cf. Nauck, trag. Graec. fragm.<sup>2</sup> p. 542. Color certe dictionis tragicus est. Etiam in Platonis epistula altera p. 312 D: *φραστέον δέ σοι δι' αἰνιγμῶν, ἵν' ἂν τι ἡ δέλτος ἢ πόντου ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς πάθῃ, ὃ ἀναγνοῦς μὴ γινῶ* sermo poeticus est, quare Cobet, *λογ. έρμ.* 1, p. 456 sq. coniecit senarium tragi-



cum his verbis inesse, cf. Nauck, trag. Graec. frag.<sup>2</sup> adesp. 348. δέλτος etiam in recentioribus epigrammatis haud raro legitur, cf. Kaibelii epigr. Graec. index p. 614.

Apud scriptores vere Atticos quinti et quarti saeculi vox non reperitur; Axiochus enim (vide infra) iure recentiori aetati attribuitur, Attici dicebant γραμματεῖον, cf. Poll. IV. 18 apud Piers. Moer. app. p. 448.

Apud Iones haec vocis exempla extant: Herod. VII. 289 δελτίον διπτυχον, VIII. 135 τὴν ἐφέροντο δέλτον, Herond. III. 14 κῆ μὲν τάλανα δέλτος, ἦν ἐγὼ κάμνω | κηροῦσ' ἐκάστου μηνός, ὀρφανὴ κεῖται. In epicis carminibus vox non obvia praeter Batrachomyom. v. 3 ἀοιδῆς, ἦν νέον ἐν δέλτοισιν . . . ἔθηκα.

Tum frequens est in lingua communi<sup>1)</sup>, quam κοινήν solent dicere. Cuius exempla minime praetermittenda nobis sunt, permultas voces Ionicas recepisse constat. Axioch. p. 371 A ἐκ τινῶν χαλκῶων δέλτων, ἄς ἐξ Ὑπερβορέων ἐκόμισαν Ὀπίς τε καὶ Ἐκαέργη. Polyb. 29. 11. 2, LXX. Macc. I. 8. 22, 14. 18, 27. 48, pap. Berol. I. 113. 13 (vide add.), 265. 21, III. 780. 15, accedunt loci Plutarchi, Luciani, al. permulti. Usui communis linguae etiam loci in testamento Epictetae, I. G. ins. mar. Aeg. III. 330 l. 276 et 281 adscribendi sunt, cuius tituli anno fere 200 incisi dialectus non mera Doris est, sed lingua communis δωριάζουσα. Omnibus his, quos attulimus, locis δέλτος tabula scriptoria, nusquam vero simplex tabula est.

Ex reliquis dialectis Cypria praebet vocem δάλτος eodem sensu in tabula Edaliensi C-B. I. 60. 26 ἰδὲ τὰ(ν) δάλτον τὰ(ν)δε, τὰ φέπια τάδε ἰναλαλισμένα, βασιλεὺς κὰς ἂ πτόλις κατέθυαν. Denique dialecti Eleae restant duo testimonia nimis incerta, primum quidem in fragmento tabulae aeneae, inscr. Olymp. 20 (C-B. I. 1163. 4) . . . ΙΑΕΓΓ . . . quod a Roehlio ταλι δέλτοι explicatur, sed eodem iure aliter quoque explicare licet. Alterum legitur sub fine tituli medii saeculi quarti, quem Szanto, Jahreshefte des Oesterreich. arch. Inst. I p. 197 sqq. publici iuris fecit: αὶ δὲ τις ἀδεαλτώηαις (Szanto -ἡαι ἐ(ν)) ταστάλαν, ὦρ ἀγαματοφώραν ἐόντα πάσχην. Verbum ἀδεαλτώ variis modis a viris doctis explicatum est, cf. maxime Danielsson in Erani vol. III p. 146 sq. et Solmsen Mus. Rhen. 59 p. 169 not. Ex iis, quae ab his viris doctis disputata sunt, efficitur,

<sup>1)</sup> cf. Thumb, die griech. Sprache, p. 111.

ut, si quidem vocis *δέλτος* stirps in verbo *ἀδεαλτόω* omnino inest, illud inter vestigia nascentis linguae communis ponendum sit, quoniam in vetustiore quodam titulo Eleo C-B. 1152 tabula *πίναξ* vocatur. Titulum enim a Szantone editum etiam alia recentiora praebere monuit Danielsson l. c. p. 145, velut l. 10 *γράμμα* pro *γράφος* C-B. 1149, 1151, 1156, 1157, l. 11 *διπλάσιος* pro *διφύσιος* (*ζύφύσιος*) C-B. 1152. 6, 1154. 5, 1157. 1, 1168. 8.

His testimoniis satis demonstratur vocem *δέλτος* in usu fuisse apud Iones et Cyprios (*δάλτος*), praeterea in tragoedia et in lingua communi; ab Elea autem dialecto eam rectius abiudicabimus. Iam de eius origine quaestio instituenda est, quae veriloquii auxilio fortasse ad finem perducetur. Et alterum quidem veriloquium ex comparatione linguarum indogermanicarum ductum praebet Prellwitz in lexico etymologico s. v. *δέλτος*: *dl̥tós* eigl. Platte, Spaltfläche, ai. *dalita-s* gespalten etc.“ Quo etsi sonorum rationi satisfacit, tamen explicari vix potest, quomodo „res fissa“ ad significationem „tabulae scriptoriae“ pervenerit. Quare praefendum est alterum, quod non solum sonorum rationi, verum etiam sensui satisfacit. Id post Schraderum, *Forschungen der Handelsgesch.*, Jena 1886, p. 78 al. protulit Lewy, *semitische Fremdwörter im Griech.*, Berl. 1895, p. 171. Hi vocis *δέλτος* originem repetivere ex Semitico delet (*dalet*), quod valet „foris“, unde etiam littera Δ nominata est. Numero plurali significat columnas voluminis sive libri apud Jeremiam 43. 23 [36. 13], ubi Graece vertitur *σελίδες*, cf. Gesenii thes. ling. Hebr. s. v. *delet*. Unde significatio tabulae scriptoriae non multum abest. Sicut autem nomen litterae Δ Graece factum est *δέλτα*, ita non mirum est delet (*dalet*) „columna“ factum esse *δέλτος*. Prior vocalis apud Cyprios α (fortasse apud Eleos εα) scribitur ad indicandum sonum illum inter ε et α dubium, ut in vocibus peregrinis soni persaepe dubii esse solent, vide infra in voce *ἀρβύλη*. Atque tabulam scriptoriam apud Graecos nomen Semiticum retinuisse nemo mirabitur, cum illi etiam scripturam a Phoenicibus acceperint, quod cum formae et nomina litterarum comprobant, tum appellatio *Φοινικίων γραμμάτων* IGA. 497 (dirae Teiae) *ὄς ἄν τὰ(ς) στήλας . . . ἢ κατάξει ἢ Φοινικῆα ἐκκόψει κτλ.* Soph. frg. 471 (apud Hes. s. v.) *Φοινικεῖα γράμματα*, cf. Herod. V. 58 al. Nec minus usus vocis demonstrat eam ex oriente ad Graecos migrasse, quia vetustiore aetate apud solos Cyprios et Iones in usu fuit. Itaque dubium esse non potest,

quin vocabulum ab Attico sermone alienum in tragoediam pervenerit ex Ionico.

ΑΡΒΥΛΗ.

Ag. 944 (908) trim. *ὄπαι τις ἀρβύλας λῶι τάχος.* frg. 259 trim. *εὐθέτοις ἐν ἀρβύλαις.*

Soph. frg. 565 metr. inc. *καταρβύλοις χλαίναις*, cf. Hesych. s. v. *καταρβ.* et *καθαρβ.*

Eurip. saepe eodem modo de calciamenti genere, cf. Poll. VII. 86 *ἦν δέ τι ὑπόδημα καὶ ἀρβύλη εὐτελές τὴν ἐργασίαν.* Hippol. 1189 trim: *αὐταῖσιν ἀρβύλαισιν ἀρμόσας πόδας* a scholiasta explicatur *ταῖς τοῦ ἄρματος περὶ τὴν ἄντυγα, ἐνθα τὴν στάσιν ἔχει ὁ ἠρίοχος.* cf. Eust. p. 599. 22, nisi forte interpretaris „cum ipsis caligis“. Lycophr. Al. 839 Perseum vocat *ἀρβυλόπτερον.*

In pedestri oratione vox extat apud Hippocratem, π. *ἄρθρ.* ἐμβ. 62, II. 214. 10 Klw. *ὅταν δὲ ἐς ὑποδήματος λόγον ἔη, ἀρβύλαι ἐπιτηδεύονται αἱ πηλοπάτιδες καλεόμεναι.* cf. Erot. 10. 23 = 55. 4 (Klein) *ἀρβύλη· εἶδος ὑποδήματος* et Gal. lex. Hipp.<sup>1)</sup>

Poetae Alexandrini vocem propter raritatem receperunt, ut Theocrit. 7. 26, Leonid. Tar. ep. 37, qui scribunt *ἀρβυλῆς.*

In lingua communi non invenitur vox neque in usu fuisse forte licet cognoscere ex Nonnosio in Phot. bibl. 3, p. 2 b 18: *ὅτι τὰ σανδάλια νυνὶ λεγόμενα ἀρβύλας ἔλεγον οἱ παλαιοί.*

Apud Cyprios vox formam habuit *ἄρμυλα*, cf. Hes. *ἄρμυλα· ὑποδήματα Κύπριοι.* *ἀρμύλη* etiam Et. Magn. 135. 12 origine vocis non indicata.

Propter sensum secernere non licet *ἄρβηλον· σμίλιον σκότινον περιφερές· ἔστι δὲ καὶ ὄπλον* ex Et. Magn. 135. 10, cf. Goetz, thes. gloss. emend. (C. Gl. L. VII) s. v. sicilis; illam vocem Nicander ther. 423 posuit, cuius scholiasta, quod ἦ δὲ *ἀρβήλη* ait *ἔστι εἶδος ὑποδήματος παρ' Ἐὐριπίδῃ ἐν Ὀρέστη* (seq. v. 140), pronuntiatione videtur deceptus esse.

Aliae formae vocis apud grammaticos traduntur: Hes. *ἀραβύλας· ὑποδήματα διάφορα καὶ βαρβαρικά* (cod. *ὑποδήματος διαφορά*), *καθ'ἀρβυλος χλανίς· ποδήρης ἕως τῶν ἀρβυλῶν* (vide Soph. frg. 565).

Non eiusdem stirpis est propter sensum plane diversum

<sup>1)</sup> Plane obscurum est, quod Homolle, Bull. de corr. hell. VI (1882) p. 133 ex Deliaea inscriptione nondum edita protulit:

*ἀρβυλικοὶ ὄβολοι* „ces dernières seules étaient certainement d'argent“.

ἀρβύλη· τήγανον ὀστράκων Ταραντίνοι Hes. in Kaibelii fragm. com. Graec. gl. 76 neque ἀρωάλα· ἀρτύματα Ἀρκάδες, καὶ ἀρωά-  
μαλα Hes. in Hoffmanni Gr. dial. I p. 101 neque ἀρύβαλλος, cf. Prellwitz, Et. Wörtl.

Testimoniis supra allatis demonstratur vocem ἀρβύλη in usu fuisse apud Cyprios et Iones, in tragica dictione et apud poetas Alexandrinos. Fere isdem igitur finibus eius atque vocis δέλτος usus circumscriptus est; nec magis eius veriloquium a Graeca stirpe ductum inventum est, nam quae a viris doctis proponuntur, formationis rationem parum explicant. Prellwitz, lex. etym. dubitans ἀραρίσκω comparavit, Meister, dial. II p. 255 veterum grammaticorum (cf. schol. Theocr. 7. 26) veriloquium secutus ἀρωάλη (ἀρβύλη) ad ἀρωάζω reducit. Sed hoc ipsum, quomodo illud β, quod Cyprii μ<sup>1)</sup> pronuntiabant, ortum sit, explicatione eget. Facillime autem explicatur haec mutatio in voce peregrina; nam in eiusmodi vocibus soni dubii esse solent. Accedit etiam magna formationum varietas; atque revera Hesychius s. v. ἀραβύλας expressis verbis testatur ἀρβύλας fuisse ὑποδήματα βαρβαρικά. Graeci igitur cum re etiam vocabulum a peregrinis accepisse putandi sunt. Quod si ita est, testimoniis supra commemoratis efficitur Asiaticum fuisse verbum idque ab Ionibus tragicis poetis traditum.

### ΠΑΛΜΥΣ.

Aesch. frg. 437 metr. inc. πάλμυδος, Lycophr. Al. 691 πάλμυς, schol. πατήρ ἢ βασιλεύς.

Frequens est apud Hipponactem: frg. 1. 1 Κολλήνης πάλμυν Ἐρμῆ, frg. 15. 4 καὶ μνήματ' ὄτος μντάλιδι πάλμυδος, frg. 30 A θεῶν Ὀλυμπίων πάλμυ, frg. 30 B ἀργύρου πάλμυ, frg. 42. 3 Πήσος Αἰνειῶν πάλμυς. Ut glossam usurpat vocem Dosiades arae I. 17 (AP. XV 25). Significat autem ubique dominum, regem. Nomen Troiani est apud Homerum N 792.

Veriloquium ex Graeca stirpe ductum non repertum est. Quod autem Hipponax voce tam frequenter utitur, cuius sermo vocibus peregrinis plerumque Lydiis abundat, et quod homo quidam Troianus illo nomine vocatur, cum Troiani haud semel nomina non Graeca

<sup>1)</sup> De mutatione β > μ in vocibus Graecis et peregrinis cf. Kretschmer, Kuhns Zeitschr. XXXV p. 603, Einl. in die Gesch. d. griech. Sprache, p. 236.

Δ17, De Aeschylī copia verborum.

habeant, cf. Πάρις, Σκαμάνδριος, argumenta sunt gravissima vocem πάλμυς receptam esse ex aliqua dialecto Asiae. Tum per iambo-graphos in tragoediam venit.

### ΒΑΛΗΝ.

Pers. 658 (655) chor. βαλήν ἀρχαῖος, βαλήν ἴδι, ἰκοῦ. schol. βαλήνα τὸν βασιλέα. Ἐὐφοριῶν δὲ Θουρίων<sup>1)</sup> φησὶ τὴν διάλεκτον. βασιλεὺς κατὰ Θουρίους. Soph. frg. 472 metr. inc. ἰὼ βαλήν apud Sext. Emp. p. 672, 26: οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες „ἰὼ βαλήν“ λέγοντες ἰὼ βασιλεῦ λέγουσι Φρυγισί. Item Hes. s. v. βαλήν· βασιλεὺς Φρυγισί<sup>2)</sup>.

Eadem vox παλήν scripta extat in titulo medio fere saeculo IV. a. Chr. n. inciso apud Xanthum Lyciae urbem invento, Kaibel, epigr. Gr. 768. 6 παλήν Λυκίων, τῶν τότ' ἐν ἡλικίᾳ. Etiam in Cypria inscriptione βαλήν legit Six in Saycii novis Cypriis inscriptionibus Abydi Thebisque inventis nr. 27, Proceedings of the Soc. of Bibl. Arch. vol. VI p. 209—222, cf. Deecke apud Bursianum vol. 44 (1883) p. 271. Denique satis probabiliter παλήν pro πάλιον in epigrammate Byzantino ad Aeschyli Persas adscripto (Anth. Pal. vol. III ed. Didot. IV 848) restitutum est: Ἐέρξης δὲ παλήν δυσὶν ἡττηθεὶς μάχαις cf. v. Herwerden, stud. in epigr. Gr. p. 80.

Vel scripturae varietate demonstratur vocem βαλήν sive παλήν non esse Graecam. Phrygiam dicit Sext. Emp. fortasse recte, certe Asiatica<sup>3)</sup> fuit, id quod titulus quoque Xanthius probat nec minus Cyprius, si quidem recte interpretamur litteras. Quodsi schol. Aeschyli de Thuriis verba facit, sive error est sive menda scripturae, sane ΦΡΥΓΩΝ in ΘΟΥΡΙΩΝ haud difficile potuit corrumpi. Quamquam autem hodie vox βαλήν in litterarum Ionicarum reliquiis non occurrit, vix tamen aliter in tragoediam venire potuit nisi per Iones.

<sup>1)</sup> Kaibel, frg. com. Graec. I glossam inter Italiotas non recepit.

<sup>2)</sup> Eadem doctrina abutitur [Plut.] de fluviis 12.

<sup>3)</sup> de origine vocum πάλμυς et βαλήν cf. Sayce, Transactions of the R. Soc. of Bibl. Arch. IX p. 117.

## 2. Voces Graecae.

### ΑΙΣΤΟΣ<sup>1)</sup>, ΑΙΣΤΩ.

Prom. 151 (152) chor. τὰ πρὶν δὲ πελώρια νῦν αἴστοι.  
 Prom. 910 (909) trim. ἐκ τυραννίδος | θρόνων <τ'> αἴστον ἐκ-  
 βαλεῖ. Ag. 465 (445) chor. (Ἐρινύες) τυχηρὸν ὄντ' ἄνευ δίκης  
 παλιντυχεῖ | τριβῆ βίου τιθεῖσ' ἀμαυρὸν, ἐν δ' αἴστοις τελέ-  
 θοντος οὔτις ἀλά. Eum. 565 (555) chor. ὄλετ' ἀκλαυτος, αἴ-  
 στος. M αἴστος.

αἴστος in exemplis adhuc prolatis<sup>2)</sup> significat „invisibilis“, Ag.  
 465 synonymum est vocis ἀμαυρός „quod vix aegreque perspicere  
 (aut perspicere) potest“. Unde ductum est αἴστώ „invisibilem  
 aliquem reddo“.

Pers. 811 (802) trim. βωμοὶ δ' αἴστοι. Suppl. 881 (848)  
 chor. Νεῖλος ὄβριζοντά σ' ἀποτρέψειεν αἴστον ὄβριον. Prom. 232  
 (235) trim. ἀλλ' αἴστώσας γένος | τὸ πᾶν ἐχρηξεν ἄλλο φινῦσαι  
 νέον. Prom. 668 (667) trim. κεραυνόν, ὃς πᾶν ἐξαίστώσει  
 γένος. Ag. 527 (505) trim. βωμοὶ δ' αἴστοι.

His locis αἴστος aut „delens“ aut „deletus“, αἴστώ „delere“  
 significat, ut e verborum contextu elucet, quod quomodo fieri  
 possit, infra demonstrabitur. Eodem sensu vocem αἴστώ usurpat  
 Sophocles (cf. Wittekind, p. 43) Ai. 515 trim. σὺ γὰρ μοι πατρὶδ'  
 ἦστωσας δόρει. Trach. 878 mel. αὐτὴν διηίστωσε. frg. 493  
 trim.(?) apud Hesych. s. v. αἴστώσας· διαχέας καὶ τήξας· Σοφοκλήης  
 ἐν Ῥιζοτόμοις· κόρον <ἀ>ίστώσας πυρ<ι>. Kuster. coni. κηρὸν  
 αἴστώσας πυρὶ. Iterum αἴστώ est „deleo, vasto, interficio“.  
 Fragmenti sensus dubius est. Euripides autem voci αἴστος pecu-  
 liarem significationem a stirpe ψιδ- „scio“ ductam dedit „inscius“.  
 Tro. 1314 mel. σὺ μὲν ὀλόμενος | ἄταφος ἀφίλος | ἄτας τὰς ἐμᾶς  
 αἴστος εἶ. Tro. 1321 mel. κόνις δ' ἴσα καπνῷ πτέρυγι πρὸς αἰθέρ'  
 αἴστον οἴκων ἐμῶν με θήσει. Contra apud Lycophr. Al. 214, 281,  
 1282, 1341 αἴστώ est „deleo“, 71 πῦρ αἴστωτήριον; semel 339  
 αἴστώ est „occulo“.

1) αἴστος et αἴστος, non ἄστος, sicut Prom. 232 αἰκῆς = αἰκίης, quia α  
 breve est, cf. Prom. 811 etc.

2) Ag. 413 (397) chor. pro ἄδιστος Dindorf vix recte scripsit αἴστος.

habeant, cf. Πάρις, Σκαμάνδριος, argumenta sunt gravissima vocem *πάλμυς* receptam esse ex aliqua dialecto Asiae. Tum per iambo-graphos in tragoediam venit.

### ΒΑΛΗΝ.

Pers. 658 (655) chor. *βαλήν ἀρχαῖος, βαλήν ἴδι, ἰκοῦ.* schol. *βαλήνα τὸν βασιλέα. Εὐφορίων δὲ Θουρίων<sup>1)</sup> φησι τὴν διάλεκτον. βασιλεὺς κατὰ Θουρίους.* Soph. frg. 472 metr. inc. *ἰὼ βαλήν* apud Sext. Emp. p. 672, 26: *οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες „ἰὼ βαλήν“ λέγοντες ἰὼ βασιλεῦ λέγουσι Φρυγιστί.* Item Hes. s. v. *βαλήν· βασιλεὺς Φρυγιστί<sup>2)</sup>.*

Eadem vox *παλήν* scripta extat in titulo medio fere saeculo IV. a. Chr. n. inciso apud Xanthum Lyciae urbem invento, Kaibel, epigr. Gr. 768. *6 παλήν Λυκίων, τῶν τότ' ἐν ἡλικίᾳ.* Etiam in Cypria inscriptione *βαλήν* legit Six in Saycii novis Cypriis inscriptionibus Abydi Thebisque inventis nr. 27, Proceedings of the Soc. of Bibl. Arch. vol. VI p. 209—222, cf. Deecke apud Bursianum vol. 44 (1883) p. 271. Denique satis probabiliter *παλήν* pro *πάλιν* in epigrammate Byzantino ad Aeschylī Persas adscripto (Anth. Pal. vol. III ed. Didot. IV 848) restitutum est: *Ξέρξης δὲ παλήν δυοῖν ἠττηθεῖς μάχαις* cf. v. Herwerden, stud. in epigr. Gr. p. 80.

Vel scripturae varietate demonstratur vocem *βαλήν* sive *παλήν* non esse Graecam. Phrygiam dicit Sext. Emp. fortasse recte, certe Asiatica<sup>3)</sup> fuit, id quod titulus quoque Xanthius probat nec minus Cyprius, si quidem recte interpretamur litteras. Quodsi schol. Aeschylī de Thuriis verba facit, sive error est sive menda scripturae, sane *ΦΡΥΓΩΝ* in *ΘΟΥΡΙΩΝ* haud difficile potuit corrumpi. Quamquam autem hodie vox *βαλήν* in litterarum Ionicarum reliquiis non occurrit, vix tamen aliter in tragoediam venire potuit nisi per Iones.

<sup>1)</sup> Kaibel, frg. com. Graec. I glossam inter Italiotas non recepit.

<sup>2)</sup> Eadem doctrina abutitur [Plut.] de fluviis 12.

<sup>3)</sup> de origine vocum *πάλμυς* et *βαλήν* cf. Sayce, Transactions of the R. Soc. of Bibl. Arch. IX p. 117.

## 2. Voces Graecae.

### ΑΙΣΤΟΣ<sup>1)</sup>, ΑΙΣΤΩ.

Prom. 151 (152) chor. τὰ πρὶν δὲ πελώρια νῦν αἴστοι.  
 Prom. 910 (909) trim. ἐκ τυραννίδος | θρόνων <τ'> αἴστον ἐκ-  
 βαλεῖ. Ag. 465 (445) chor. (Ἐρωτύες) τυχηρὸν ὄντ' ἄνευ δίκας  
 παλιντυχεῖ | τριβᾶ βίου τιθεῖσ' ἀμαυρόν, ἐν δ' αἴσ|τοις τελέ-  
 θοντος οὐτις ἀλά. Eum. 565 (555) chor. ὄλετ' ἀκλαντος, αἴ-  
 στος. M αἴστος.

αἴστος in exemplis adhuc prolatis<sup>2)</sup> significat „invisibilis“, Ag.  
 465 synonymum est vocis ἀμαυρός „quod vix aegreque perspicere  
 (aut perspicere) potest“. Unde ductum est αἴστώ „invisibilem  
 aliquem reddo“.

Pers. 811 (802) trim. βωμοὶ δ' αἴστοι. Suppl. 881 (848)  
 chor. Νεῖλος ὑβρίζοντά σ' ἀποτρέψειν αἴστον ὕβριν. Prom. 232  
 (235) trim. ἀλλ' αἴστώσας γένος | τὸ πᾶν ἐχρηξεν ἄλλο φτυσαι  
 νέον. Prom. 668 (667) trim. κεραινόν, ὃς πᾶν ἐξαἴστώσει  
 γένος. Ag. 527 (505) trim. βωμοὶ δ' αἴστοι.

His locis αἴστος aut „delens“ aut „deletus“, αἴστώ „delere“  
 significat, ut e verborum contextu elucet, quod quomodo fieri  
 possit, infra demonstrabitur. Eodem sensu vocem αἴστώ usurpat  
 Sophocles (cf. Wittekind, p. 43) Ai. 515 trim. σὺ γὰρ μοι πατερίδ'  
 ἦστώσας δόρει. Trach. 878 mel. ἀδτήν δηῖστώσε. frg. 493  
 trim.(?) apud Hesych. s. v. αἴστώσας· διαχέας καὶ τήξας· Σοφοκλῆς  
 ἐν Ῥιζοτόμοις· κόρον <ἀ>ἴστώσας πυρ<ι>. Kuster. con. κηρὸν  
 αἰστώσας πυρί. Iterum αἴστώ est „deleo, vasto, interficio“.  
 Fragmenti sensus dubius est. Euripides autem voci αἴστος pecu-  
 liarem significationem a stirpe μηδ- „scio“ ductam dedit „inscius“.  
 Tro. 1314 mel. σὺ μὲν ὀλόμενος | ἄταφος ἀφίλος | ἄτας τᾶς ἐμᾶς  
 αἴστος εἶ. Tro. 1321 mel. κόνις δ' ἴσα καπνῶ πτέρυγι πρὸς αἰθέρ' |  
 αἴστον οἴκων ἐμῶν με θήσει. Contra apud Lycophr. Al. 214, 281,  
 1282, 1341 αἴστώ est „deleo“, 71 πῦρ αἴστωτήριον; semel 339  
 αἴστώ est „occulo“.

<sup>1)</sup> αἴστος et αἰστος, non ζῆστος, sicut Prom. 232 αἰκῆς = αἰκῆς, quia α  
 brevis est, cf. Prom. 811 etc.

<sup>2)</sup> Ag. 413 (397) chor. pro ἀδίστος Dindorf vix recte scripsit αἴστος.



ἄϊστος, ἀϊστώ iam apud Homerum leguntur sensu genuino de eo, qui conspici non potest. Ξ 258 καὶ κέ μ' αἴστον ἀπ' αἰθέρος ἔμβαλε πόντω. α 235 κείνον μὲν αἴστον ἐποίησαν. α 242 οἴχετ' αἴστος, ἄπυστος. κ 259 οἱ δ' αἴμ' ἀϊστώθησαν ἀόλλεες. υ 79 ὧς ἔμ' ἀϊστώσειαν (sicuti Pandari filias). Ubi sensus prope accedit ad notionem delendi (Ξ 258), tamen subauditur deletionem fieri occultendo.

Praeter Homerum vox legitur apud Pindarum, Herodotum, Platonem, qui ei omnes sensum delendi tribuunt.

Pind. Pyth. III 37: πολλὰν ὄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς σπέρματος | ἐν-  
θορὸν ἀίστωσεν ὕλαν. Isth. VII (VI) 43 in libb. et altero schol.  
θνάσκομεν γὰρ ὁμῶς ἄπαντες· | δαίμων δ' αἴστος id est „For-  
tuna interficiens“. Alterum scholium legit αἴσος „non aequa“. Herod. III. 69: ἐπίλαμπτος δὲ ἀφάσσουσα ἔσται εὖ εἰδέναι, ὧς ἀϊστώσει μιν (sc. Phaedyme Smerdin.), III. 127: Ὀροίτης . . . τοῦτο μὲν δύο ἡμέων ἤϊστωσε „necavit“. Plat. Prot. 321 A: ταῦτα δὲ ἐμηχανᾶτο εὐλάβειαν ἔχων μὴ τι γένος ἀϊστωθεῖη (sc. Ἐπιμηθεύς). Plato illo loco Protagoram sophistam dicentem inducit. Praeterea fabulam de Epimetheo et Prometheo narrat, in qua γένος ἀϊστοῦν quasi formula etiam in tragoedia Prom. 232 legitur. Colorem poeticum prae se ferunt in illa narratione p. 320 C sqq.: ἦν γὰρ ποτε χρόνος . . . θνητὰ γένη . . . εἰμαρμένης . . . πτηνὸν φυγῆν . . . βορά et multa alia. Denique Ἄϊστος appellatur Minerva Lamproclis<sup>1)</sup> in fragmento hymni: Παλλάδα . . . αἴστον παρθένον. cf. Buttmann, lexil. I, p. 250 not., qui circumscibit ἀϊστοῦσα. Vox apud epicos recentiores redit in usum, cf. Ap. Rh. IV 746 al.; in lingua communi eam non legi. Adde Suid. s. v. ἀίστωρ· ὁ ἀγνώως ἧ ὁ φονεύς.

Memoriam vocis quam brevissimis delineavit Buttmann, lexil. I p. 250. Profectus est a significatione primaria: einer, von dem niemand mehr etwas weiß, daher Ξ 258 vernichtet. Fortasse rectius proficiscemur a significatione: „invisibilis“, quam apud Homerum omnibus locis conservatam esse testimoniis supra allatis comprobatur. Homerum imitatur Aeschylus Eum. 565 chor. = α 242, Prom. 910 trim. = Ξ 258, id quod Franklin cognovit in dissertatione supra comm. Ceteris locis, ubi apud Aeschylum αἴστος valet „in-

<sup>1)</sup> cf. v. Wilamowitz, Textgesch. der gr. Lyriker p. 84 sq.

visibilis“, a quonam fonte redundaverit pro certo affirmari nequit. Potest apud Atticos in usu fuisse.

Notio autem delendi sivi interficiendi ab Homero abiudicanda recentiori aetati debetur. Extat enim apud Herodotum, tragicos poetas, Pindarum, Lamproclum, Platonem. Ponamus Atticos habuisse aliquando vocem *ἄιστος*, *ἄιστώ* sensu genuino, non tamen necessario sequitur, ut frequenti vocis usu in plane eandem novam significationem inciderint atque Iones. Et revera Plato illo Protagorae loco Attici sermonis testis non est, cum tragicum usum sequatur. Itaque censemus voces *ἄιστος*, *ἄιστώ* delendi interficiendique notionem accepisse aetate posthomericam apud Iones, unde et in lyricorum poetarum, et in tragoediae dictionem invaserint. De voce *ἀφανίζω*, quae similem significationis mutationem passa esse videtur, alia quaestio instituenda erit, neque eam cum hac nostra confundere licet.

### ΕΚΠΑΓΛΟΣ, ΕΚΠΑΓΛΕΟΜΑΙ.

Ag. 862 (826) trim. *ἔκπαγλον κακόν*. Choeph. 548 (535) trim. *ἔκπαγλον τέρας*. Choeph. 217 (209) trim. *σύνουδ' Ὀρέστην πολλά σ' ἐκπαγλουμένην*. schol. *ἐκπάγλως θαυμάζουσαν*.

*ἔκπαγλος* \**ἐκπλαγλος* vel \**ἐκπλαγος* a verbo *ἐκπλήσσω* formatum significat, quo quis *ἐκπλήσσεται* et quod modum mediocrem aut in bonam aut in malam partem superat, ut aut admirationi aut odio metuique sit. Wittekind, p. 36 adiectivum inter voces Ionicas, Franklin, p. 45 inter epicas posuit.

Apud Homerum adiectivum de personis usurpatur  $\Phi$  452, 589, A 146,  $\Sigma$  170, Y 389; de rebus  $\xi$  522 *χειμών*, O 198  $\theta$  77,  $\rho$  216 *ἔπος*,  $\kappa$  448 *ἐμπή*; loco adverbii *ἔκπαγλον ἐπεύξατο* N 413, 445,  $\Xi$  453, 478, *ἀεικίῳ* X 256; *ἔκπαγλα φιλεῖν*  $\Gamma$  415, E 423; *ἐκπάγλως ἀπόλεσαν* A 268, *κοτέοντο* B 223, *ὠδύσατο*  $\epsilon$  340, *ἐδέλει* B 357, *μαίνεται* I 258, *ἤχθηρε*  $\lambda$  437, 560, *ὀδύρεται* o 355. Ubi de personis dicitur, incertum est, utrum significet admirabilis an timendus; fortasse anceps vox fuit. Reliquis locis aut in malam partem vertitur, aut detrute pro „valde“ usurpatur, velut I 415, E 423, B 357, fortasse etiam quattuor illis locis, quos ultimos attuli. More Homericum de personis Hes. opp. 154, Pind. Nem. IV. 27, Pyth. IV. 79, Isth. VII (VI) 22, VI (V) 54. Item apud Sophoclem legitur in Oed. Col. 716 chor. *ἄ δ' εὐήρετος ἔκπαγλ' ἄλλα χειροί*

παραπτομένα πλάτα θρόσκει. Ant. 1137 chor. τὰν ἔκπαγλα τιμᾶς. (cf. Γ 415, E 423). El. 204 chor. ὃ δειπνῶν ἀρρήτων ἔκπαγλ' ἄχθη.

Apud Atticos vox in usu non fuit, nam Xenoph. Hier. 11. 3: ὄπλοις . . . τοῖς ἔκπαγλοτάτοις poeticum sermonem sapit.

Apud Iones autem adverbium sensu detrito pro „valde“ (σφόδρα) in usu mansit, cf. Hippocr. γυν. α' 3, L. VIII. 22 καὶ τὰς ἰξύσας ἐκπάγλως πονέει, γυν. β' 171, L. VIII. 352 τὰ ἀμφὶ τὰ αἰδοῖα ἐκπάγλως αἰθεταί, bis in epistulis. Denique Alexandrini poetae vocem receperunt, in lingua communi eam non inveni.

Vox num veteri Atthidi nota fuerit, nescimus, in tragoediam aut ubique aut certe nonnullis locis (cf. ἔκπαγλα) ad exemplum Homeri posita est.

Iam de verbo denominativo ἔκπαγλέομαι disserendum est, cuius sensum de Wilamowitz explicavit in commentario Choephororum, p. 177. Legitur vox praeter locum allatum apud Euripidem Or. 890 trim. πατέρα μὲν σὸν ἐκπαγλούμενος. Tro. 929 trim. Κύπρις δὲ τοῦμόν εἶδος ἐκπαγλουμένη. Hec. 1157 trim. ὄσαι δὲ τοκάδες ἦσαν, ἐκπαγλούμεναι τέκν' ἐν χεροῖν ἔπαλλον. et apud Herodotum, VII. 181 ἐπεδείκνυσαν ἐκπαγλεόμενοι πάση τῇ στρατιῇ περιέποντες εὔ sc. vulneratum. VIII. 92 de eodem homine εἶχον ἐν τῇ νηὶ ἐκπαγλεόμενοι. IX. 48. ἀριστοὶ ὑπὸ τῶν τῆδε ἀνθρώπων ἐκπαγλεομένων, ὡς οὔτε φεύγετε ἐκ πολέμου οὔτε τάξιν ἐκλείπετε. cf. Suid. imitatores Herodoti afferens, s. v. ἐκπαγλούμενος· ἐκπληττόμενος· Ῥωμαῖοις μὲν γὰρ ἐκπαγλούμενος ὁ Πύρρος ταῦτά φησι· ἢ ἀντὶ τοῦ σεμνυνόμενος. et id. s. v. ἐκπαγλούμενοι· θαυμάζοντες, ἐκπληττόμενοι. ἐν εἰρήνῃ ἔνεμον ἐκπαγλούμενοι τὸν Ἡρακλέα. Vel ad Herodotum vel ad tragoediae sermonem redit Dion. Hal. A. R. II. 40: τοῦ δὲ τὴν ὄψιν ἐκπαγλούμενοι θεῖόν τι χρῆμα ἐνόμισαν ὄρα̃ν.

Ut supra exposuimus, ἔκπαγλος fortasse priscis Atticis in usu fuit, atque inde ut ab aliis ita ab illis formari poterat ἐκπαγλεῖσθαι. Et revera Rutherford, new Phryn. p. 14 vocem inter priscas Atticas posuit. At sensus admirandi, quem voci attribuendum esse consensu testimoniorum comprobatur (Wilamowitz: ἐκπ. bezeichnet die bewundernde Rede), quamquam ex primaria adiectivi ἔκπαγλος significatione (vide supra) deducitur, tamen angustior magisque peculiaris est, quam ut et Atticis et Ionibus eam vindicare liceat, praesertim cum sensus adiectivi ἔκπαγλος praecipue in malam partem verti soleat, quare vocem in tragoedia Ionicam censemus esse.

### ΕΜΜΟΤΟΣ.

Choeph. 471 (458) chor. δάμασιν ἔμμοτον τῶνδ' ἄκος. schol. ἔνουλον ἢ βαδύτατον. Locum obscurum optime interpretatus est de Wilamowitz in commentario, p. 202 sq., cuius explicationem hic repetimus, ut cognoscatur, quare vox ἔμμοτος inter Ionicas ponenda sit.

Praeter Aeschylum ἔμμοτος solummodo legitur apud Hippocratem medicosque recentiores.

Hipp. π. ἄρθρ. ἐμβ. 49, II. 184. 19 Klw. οὐδὲ ἔμπνοι πολλοὶ γίνονται οὐδὲ ἔμμοτοι οὐδὲ ἐπισφακελίσεις τῶν ὀστέων. sim. ibid. 50, 185. 18 Klw., ἐπιδ. ε' 26, L. V. 224. μοχλ. 36, II. 266. 8 Klw. ἦν δ' ἀμφιφλασθῆ, φυματῖαι καὶ βληχώδεις καὶ ἔμμοτοι καὶ πλευράς ἐσφακέλισαν. sim. ἀφ. V. 47, L. IV. 548, π. γυν. φύσ. 6, L. VII. 320, γυν. β' 134, L. VIII. 302, π. ἐντ. παθ. 15, L. VII. 204. cf. Hesych. ἔμμοτος· τραυματίας νοσώδης.

Ex recentioribus Galenus exhibet τῶν ἐμμότων ὀνομαζομένων φαρμάκων t. XIII, p. 484 Kühn, sim. XI. 125, XIV. 280. Haec sunt medicamenta linteolis conceptis excepta (cf. thes. Steph.) „quae ἐν μοτῶ sunt“.

Peculiarem sensum vox apud Hippocratem adepta est: ἔμμοτος est, qui μοτῶ, id est linteo concepto sanatur, quod plerumque fit, si vulnus ἔμπνον est, ut periculosum iudicetur vulnus exterius contrahi et claudi, dum πῶνον intus remaneat. Tum infarciuntur linteae, ut vulnus ex fundo sanetur. Ita vox ἔμμοτος notionem ἔμπνος accepit, quia ἔμπνον ἔλκος simul ἔμμοτον est. Testis huius usus Hippocrates loc. comm. est. Eadem ratione apud Aeschylum ἔμμοτον ἄκος est ratio sanandi, quam supra descripsi, cf. de Wilamowitz: das Übel muß herauseitern, unde vulnus sero, sed funditus sanetur. Haec vocis ἔμμοτος significatio Aeschylo et Hippocrati communis apud eos orta est, qui omnem medicorum artem itemque hanc sanandi rationem invenerunt, id est apud Iones; nam vocem ad vetustissimam aetatem Ionibus et Atticis communem recedere et priscae Atthidi tribuendam esse vix quisquam credat.

### ΕΠΑΡΓΕΜΟΣ.

Prom. 499 (501) trim. καὶ φλογωπὰ σήματα | ἐξωμμάτωσα πρόσθεν ὄντι' ἐπάργεμα. „et signa lucida explicavi antea caeca (= obscura)“. schol. τυφλὰ . . . ἐπάργεμα δὲ κυρίως τὰ λευκωμα-

τισθέντα παρὰ τὸ ἀργόν. Ag. 1113 (1067) trim. νῦν γὰρ ἐξ αἰνιγμάτων | ἐπαργέμοισι θεσφάτοις ἀμυχανῶ. schol. τοῖς τυφλοῖς καὶ ἀσήμεσι ἀπὸ τῶν λευκώματα ἐχόντων ὀφθαλμῶν. Choeph. 665 (646) trim. αἰδῶς γὰρ ἐν λέσχῃσιν οὖσ' ἐπαργέμους | λόγους τίθησιν. codd. λεχθεῖσιν. schol. ἐν ταῖς πρὸς γυναικας ὁμιλίαις. σκοτεινὸς ἀπὸ τῶν περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς λευκωμάτων. ἐπάργεμος igitur ad verbum est, quod inducto vel obiecto ἀργέμω abditum est; significat autem „caecum, obscurum“.

Quid ἀργεμον sit, docent praeter scholia allata reliqui loci:

Soph. frg. 212 metr. inc. apud Hesych. ἀργέμων· τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λευκωμάτων· οἱ δὲ ὀφθαλμῶν. Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταινάρῳ σατυρικῷ. Simil. Eust. ad Hom. p. 1430. 60 ex Didymo.

In pedestri oratione vocem adhibet Hippocrates, γυν. α' 105, L. VIII. 228 πρὸς ἀργεμον· (sequitur medicamenti compositio) et et π. τόπ. τῶν κ. ἀνθρ. 13, L. VI. 302 ὅταν δ' ἀργεμον ἦ, δακρύνει τῷ ὀφθαλμῷ ἀρήγει; cf. Erot. p. 47. 11: ἀργεμον· πάθος τι περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς λευκωματώδες· ὃ δὴ ἐκ τῆς παρεπομένης λευκότητος ἀνομάσθη. Eodem sensu vocem exhibet Theophrastus hist. plant. 7. 6. 2, 9. 9. 5, 9. 11. 10, 9. 12. 3.

Praeterea est ὁ ἀργεμος alba macula in ungue apud Poll. II. 146: ὧν τὰ μὲν ὑπὸ τῷ ὄνυχι κρυπτά, τὰ δ' ἀνωθεν ἀργεμοι. Et ἀργεμώνη nomen plantae Diosc. 2, 208.

ὁ ἀργεμος, τὸ ἀργεμον ducta sunt a stirpe ἀργ-, quae album et perlucidum significat et apud Atticos in paucis vocibus conservatur, ut in ἐναργής. De formatione cf. ἀνεμος et sim. vide Leo Meyer, Gr. Etymol. I. p. 277. In Ionum arte medica ἀργεμον erat, quod aetate recentiore λεύκωμα vocatum est, alba macula oculi, qua orta caecus fit homo. Unde apud Aeschylum ἐπάργεμος formatum est. Quamquam plane ignoramus, quo nomine Athenienses illum morbum vocaverint, tamen, si omnino eum nominaverint, verisimile est eos non dixisse ἀργεμον, quod Ionibus usitatum fuisse Hippocrates testis est. Nam illud nomen inventum esse credimus, quo primum tempore ars medica apud Iones effloruit, unde iis primis in usum volgarem venit.

### EYΦΡΟΝΗ.

Inter Ionicas voces posuit Wittekind p. 34, inter priscas Atticas Rutherford, n. Phryn. p. 13.

Aeschylus octies in diverbiis hac voce noctem appellat Pers. 180, 221, Prom. 655 (654), Ag. 265 (252), 279 (266), 337 (324), 522 (500), Eum. 692 (682). Sophocles item in diverbiis El. 19, 259 (= Eum. 692), frg. 524. 11, 787. 3, 1026. 9 (frg. inc.). Euripides sexies in diverbiis Bacch. 237, Hec. 828, Iph. Aul. 109, 1571, Tro. 665, Phoen. 727 et Rhés. in diverbiis 92, 518, 617, 736, 852 in cantico 825.

Atticorum in usu vox non fuit. Enotavi apud Aristophanem Eccl. 954 mel.: *πρόσελθε καὶ ξόνευνέ μοι | τὴν εὐφρόνην δπως ἔσει*, quo canticulo iambico poeta poesin Ionum eroticam imitatur, et in Cratini frg. 435 (Kock I. 126, Mei. II. 212) apud Pollucem VI. 163, ubi adiectiva a voce *παν-* incipientia collegit: *πανήμερος, πάννηχος· τοῦτον δὲ καὶ πανεύφρονα Κρατίνος καλεῖ*; Cratinus igitur *πανεύφρων* pro *πάννηχος* dixerat. Formatio satis singularis est, ut conicere liceat poetam ut in comoedia fieri solebat vocem finxisse in imitationem tragicæ dictionis, ubi vocem frequentem fuisse supra vidimus.

Homerus vocem non praebet, sed Hesiodus dicit opp. 560 *μακροὶ γὰρ ἐπιρροδοὶ εὐφρόναι εἰσὶ*, semel etiam Pindarus Nem. VII. 3 *οὐ φάος, οὐ μέλαιναν δρακέντες εὐφρόναν*. Denique apud Iones in pedestri sermone vox sensu commemorato usitatissima. Heraclit. frg. 26, 57, 67, 99 Diels. Herod. VII. 12 *μετὰ δὲ εὐφρόνη ἐγένετο*. simil. VII. 56, 188, VIII. 6, 12, 14, IX. 37, 39. Hippocr. π. διατ. α' 5, δ' 88, L. VI. 476, 642. γυναικ. α' 1, 37, 88, L. VIII. 12. 90. 212; etiam in Anaximenis quae fertur epistula apud Laert. Diog. 2. 2. Linguae communis exempla non repperi.

Testimoniis supra allatis docemur vocem in usu fuisse apud tragicos poetas et id fere semper in diverbio, apud Pindarum, apud Iones, quibus adiciendus est Hesiodi locus, nam caput operum v. 504—560 non in Boeotia, sed in insula, et ea sine dubio Ionica compositum est cf. v. 506—7 *Βορέας . . . ὅστε διὰ Θρήκης . . . εὐρέι πόντῳ ἐμπνεύσας ὄρωε*. E Thracia trans mare Aquilo venit ad insulas Ionicas, cf. Goettling, Hesiod. p. 216 sq. ad *Ἀηλαιῶνα* opp. 504, quod mensis nomen apud solos Iones in usu videtur fuisse. Formatio quamvis rara *εὐφρων* — *εὐφρόνη* Atticis ignota non est, cf. *Ἥγεμόνη* (— *ἡγεμών*) in ephēborum Atticorum iureiurando, Poll. VIII. 106. Nox euphemismo quodam satis poetico „benevolens“ vocata est; in epico sermone *εὐφρόνη*, quae quomodo in hexametro legi possit, Hesiodeus versus docet, non legitur, quo silentio

comprobatur vocem alioquin adeo frequentem illi aetati plane ignotam fuisse: Itaque nova Ionum formatio videtur esse a prisca Athide plane aliena.

*ΙΣΤΩΡ, ΙΣΤΟΡΕΩ, ΙΣΤΟΡΙΑ, ΙΣΤΟΡΙΟΝ.*

De verbo *ιστορέω* cf. Wittekind p. 37.

Verbum *ιστορεῖν* apud Atticos scriptores non legitur, usitatum est apud Iones et in tragoedia. Quaerentibus nobis, num ex significatione de origine aliquid enucleari possit, priusquam ad ipsa testimonia transeamus, vocis origo et sensus genuinus tractanda sunt. *ιστορέω* verbum denominativum a substantivo *ἴστωρ* formatum significat: *ἴστωρ εἰμι*, cf. Sütterlin, zur Gesch. d. verba denom. im Altgr. I, p. 92. Quid significet *ἴστωρ* ubique terrarum in usu fuerit, percipiemus ex ipsis testimoniis.

*ἴστωρ* formatum ut *ἄκτωρ*, *δάτωρ*, *κοσμήτωρ* al. a stirpe *μδ-* „scio“ significat „scitorem“, scientem. Hom. *φ* 26 *Ἡρακλῆα μεγάλων ἐπίστορα ἔργων*. „qui peritus est operum magnorum“ cf. Ebeling, lex. Hom. s. v. *ἐπι*. Lehrs, Aristarchi<sup>2</sup> p. 109 voluit „consciis in crimine“. Hesiod. opp. 792 *εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ, πλέω ἡματι, ἴστορα φῶτα | γείνασθαι· μάλα γάρ τε νόον πεπνυκασμένος ἐστίν*. hymn. Hom. 32. 2 *Μοῦσαι . . . ἴστορες ᾠδῆς*. Bacch. VIII. 44 *ἐγγέων ἴστορες κοῦραι* (Amazones). Aesch. Ag. 1090 (1044) *mel. μισόθεον μὲν οὖν, πολλὰ συνίστορα* (vocant domum Agamemnonis). Soph. El. 850 *anap. κἀγὼ τοῦδ' ἴστωρ, ὑπερίστωρ*. Ant. 542 *trim. ὦν τοῦργον Ἄιδης χοὶ κάτω ξυνίστορες*. Phil. 1293 *trim. ᾧ θεοὶ ξυνίστορες*. Euripid. Iph. Taur. 1431 *trim. ὁμᾶς δὲ τὰς τῶνδ' ἴστορας βουλευμάτων*. Andr. 682 *trim. μάχης ἀλστορες*, cf. *ἄϊστος* eodem sensu apud Euripidem p. 19. Apollon. frg. 2. 2 (Nauck, trag. Graec. frg.<sup>2</sup> p. 825) *trim. σοφοῦ τινος γένοιτ' ἂν ἴστορος λόγων*. Heraclit. frg. 35 Diels. *πολλῶν ἴστορας φιλοσόφους ἀνδρας*. Plato legg. VIII p. 845 B *ἀλστωρ ὦν* cf. Tim. lex. Plat.: *ἄπειρος, ἀμαθῆς*. Cratyl. p. 406 B *ἴσως δὲ ἀρετῆς ἴστορα τὴν θεὸν ἐκάλεσεν ὁ καλέσας* (Dianam).

Peculiarem sensum vox accepit apud Homerum *Σ* 501 *ἄμφω δ' ἰσόθην ἐπὶ ἴστορα πείραρ ἐλέσθαι*. *Ψ* 486 *ἴστορα δ' Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα θείομεν ἄμφω*. Arbitrator sive iudex est, nam „litem diiudicabit, qui causam sciet“. Lehrs, Aristarchi<sup>2</sup> p. 109 „testis“ interpretatus est. Tum in iureiurando deus testis est, ut Soph.

Trach. 399 trim. dicit: *ἴστω μέγας Ζεύς*. Apud Athenienses in iureiurando epeborum Poll. VIII. 106 *ἴστορες θεοί*. Simil. Thuc. II. 74 in iureiurando Archidami Plataeis *θεοί . . . ξυνιστορές ἐστε* et Eurip. Suppl. 1174 trim. *Ζεύς δὲ ξυνίστωρ οἱ τ' ἐν οὐρανῷ θεοί*. Apud Iones in medicorum iureiurando Hipp. ὄρκ. L. IV. 628: *καὶ θεοὺς . . . ἴστορας ποιούμενος*.

Denique *ἴστωρ* apud Boeotios testis est in causa forensi. Sub fine inscriptionum IGGS. 1779, 1780, 3080, 3081, 3173 formula adnexa est, qua nomina testium ingeruntur, velut 1779 *ἴστορες Ἀντιμένων Ἄσιος κτλ.* Idem conspicitur in Boeotica parte tituli Nicaretæ IGGS. 3172 (C-B. 488) l. 89, 166, 169, 171, 175. *Μάρτυς* apud Boeotios solummodo in Attica parte illius tituli, l. 38 et in inscriptionibus communis dialecti IGGS. 582, 2712, 2872, 3085, 3376 legitur. In communi lingua *συνίστωρ* legitur LXX. Hiob. 16. 20 (19) *ὁ δὲ συνίστωρ μου ἐν ὑφίστοις*, eodem sensu Polyb. 28. 20. 13, 30. 8. 1, *συνιστορεῖν* Tebt. Pap. I. 24. 51 (a. 117 a. Chr. n.); nomen proprium est CIA. III. 1095, 1098. Recentiori aetati debentur *φιλίστωρ*, *πολλίστωρ* et derivata, quarum vocum vestigium ante aetatem Alexandrinam non extat.

E testimoniis quasi elucet vocem *ἴστωρ* (*ἴστωρ*) et comp. sensu primario omnibus fere Graecorum gentibus communem fuisse, quamquam in usu cottidiano rara fuit. Conservatum est aetate recentiore *συνίστωρ* tantum. Multis locis peculiarem sensum accepit velut apud Homerum et Boeotios nec non in iurisiurandi formula.

Iam videamus, quid verbum inde ductum significet *ἴστορέω*. Alienum ab epico et Attico sermone frequens est apud Herodotum I. 56 *μετὰ δὲ ταῦτα ἐφρόντιζε ἱστορέων, τοὺς ἄν' Ἑλλάδας δυνατοτάτους ἐόντας προσκτῆσαιτο φίλους ἱστορέων δὲ εὗρισκε . . .* I. 122 *ἱστόρεόν τε, ὅτω τρόπῳ περιγένοιτο*. Simil. I. 61, II. 19, 34, 113, III. 50, 51, IV. 192, cum accusativo rei II. 29 *τὸ δὲ ἀπὸ τούτου ἀκοῇ ἤδη ἱστορέων*. E contextu elucet vocem significare non „scio“, sed „sciscitor“, quaero. Qui sensus, quomodo ex voce *ἴστωρ* deduci possit, dubium est. Fortasse etiam *ἴστωρ* apud Iones is erat, qui non solum omnia sciret, sed etiam omnia undique sciscitaretur, cf. Heracliti frg. 35 D. supra allatum, in quo etiam hoc sensu *φιλόσοφος πολλῶν ἴστωρ* est. Notio quaerendi in ipsam interrogandi notionem transit, ut verbum vel transitive ab Herodoto usurpetur: I. 24 (*λέγουσι*) . . . *Περικλῆδρον δὲ . . . κληθέντας ἱστορέεσθαι, εἴ τι λέγοιεν περὶ Ἀρίωνος*. II. 19 *ἱστορέων αὐτούς, ἦντινα δύναμιν*



ἔχει ὁ Νεῖλος . . . Simil. III. 51, 77 bis, VII. 195 (ἐξιστορέω). Apud reliquos Ionicos scriptores haec testimonia extant: Democrit. frg. 199 suspectum Dielsio *ιστορέων τὰ μήμιστα*. Hippocr. *παραγγ.* 13, L. IX. 270 *τίς γὰρ ἐπιθυμῆι δογμάτων πολυσχιδίην ἀτρεκέως ιστορέειν* (v. l. *ιστορέειν*). *ibid.* 2, p. 254 *παρ' ἰδιωτέων ιστορέειν*. *ibid.* 8, p. 262 *ιστορῆσαι τὰ περὶ τὸν νοσέοντα*; et ter in epistulis. item [Herod.] in vita Hom. 1, 6, 7, 21.

Sensu plane diverso *ιστορέω* apud Hippocratem ter legimus. π. νουσ. δ' 48, L. VII. 578 *καὶ ταῦτα τριταῖα ἐόντα ιστορῆει ἀλλήλοισιν ὅτι οὕτως ἔχει*. „et haec tridua inter se probant sic se habere“. cf. Hesych. *ιστορεῖ· μαρτυρεῖ κτλ. π. παιδ. φύσ.* 18, L. VII. 504 *ιστορέουσι γὰρ αἱ ἀμβλώσεις τῶν παιδίων καὶ τῶν λοχίων αἱ καθάρσεις*. Fortasse idem sensus verbo inest loco obscuro *παραγγ.* 12, L. IX. 268 *ἀπαρνεόμαι γὰρ εἰς χρῆσιν ἐτέρην φιλοπονήην μετὰ πόνου ιστοριευμένην, διὸ ἐν ἐωντῇ μόνῃ αἴρεσιν ἐοῦσαν (Littre ἐχουσαν) χαλεπσαν*. His tribus de locis, imprimis de ultimo cf. infra, ubi de voce *ιστόριον* agimus.

Accedunt duo testimonia, quae verbum etiam Doridi dialecto vindicare videntur. Obscurum est Epicharmi fragm. 86 (Kaibel) ex Hesychio haustum: *Φρύγιον ιστόρησον· πέπαιχεν Ἐπίχαρμος ἐν Κωμασταῖς ἐπικενώμενος*. Id Phrygiorum nomen ostendere videtur proverbium ex oriente Graeciae parte translatum esse. Certe incorruptae Doridis testimonium haec verba non praebent. Aequae res se habet in lamina plumbea Dodonae reperta, quae tres inscriptiones praebet, C-B. II. 1561 A—C. Media haec est: *ιστορεῖ Νικοκράτ[εια] τινι θεῶν θύουσα λώϊον καὶ ἄμεινον πρόσοι καὶ τᾶς νόσον παύσα(ι)το*. De aetate inscriptionis nihil constat. Ne hic quidem titulus Doricam dialectum incorruptam praebet. Tituli satis recentes videntur esse, ut verisimile sit *ιστορέω* verbum illatum esse ex lingua communi (ut *δέλτος* in testamento Epictetae, p. 14), ubi verbum frequentissimum fuisse videbimus.

Apud tragicos poetas *ιστορέω* frequens est et ubique sensu Herodoteo usurpatur; legitur autem in solo diverbio: Aesch. Pers. 454 (452) *κακῶς τὸ μέλλον ιστορῶν*. Sept. 506 (489) *θέλων ἐξιστορῆσαι μοῖραν*. Prom. 632 (631). *τὴν τῆσδε πρώτον ιστορήσομεν νόσον*. Prom. 963 (962) cum accusat. pers. *ὦν ἀνιστορεῖς ἐμέ*. Ag. 676 (654) *ἀκτίς ἡλίου νῦν ιστορεῖ* (Mene-laum) | *καὶ ζῶντα καὶ βλέποντα*. Choeph. 678 (659) *ἐξιστορήσας καὶ σαφηνίσας ὁδόν*. Soph. El. 316 *ὡς νῦν ἀπόντος ιστόρει, τί*

σοι φίλον. Trach. 382 δῆθεν οὐδὲν ἱστορῶν („non interrogans“), simil. ibid. 397, 402, 415, 418 sive addita sive ommissa persona, item 317 ἀνιστορέω. Oed. Tyr. 1144 πρὸς τί τοῦτο τοῦπος ἱστορεῖς; cf. Ellendt, lex. Soph. I, p. 852, qui falso interpretatur „narrare“, quo sensu vox in communi lingua usurpatur (vide infra). At nuntius servum Lai interrogat, numquid sciat de puero Oedipode 1142 sq., sed is respondet 1144: „quid est, cur illud verbum interrogas?“ Et item Oed. tyr. 1150 = 1156 τὸν παῖδ', ὃν οὗτος ἱστορεῖ. ibid. 1484 οὐδ' ὄρῶν οὐδ' ἱστορῶν sc. Oedipus Iocastam duxit; cf. schol. Oed. tyr. 1144 ἐρωτᾶς, ζητεῖς. Oed. Col. 36 πρὶν νῦν τὰ πλείον' ἱστορεῖν. ibid. 1101 Αἴγισθον, ἐνθ' ᾗκηκεν, ἱστορῶ πάλαι. Ph. 253 = Oed. tyr. 578 ὧν ἀνιστορεῖς. Oed. Col. 991 ὧν σ' ἀνιστορῶ. Eurip. sensu iam satis explicato ἱστορῶ dicit Andr. 1047, 1124, Hel. 416, 1371, El. 105, Heracl. 666, Herc. 142, Suppl. 840, Iph. Taur. 94, 623, Ion. 284, 513, 1547, Or. 380, Tro. 261, Ph. 621, ἀνιστορῶ Hippol. 92, Supp. 121, Iph. Taur. 529, Ion 365, El. 830, ἐξιστορῶ Or. 283, Hec. 236, 732, Iph. Aul. 748. Denique ἀνιστορῶ in Rheso 297. Lycophr. Al. 1 λέξω . . . ἃ μ' ἱστορεῖς.

Priusquam ad recentiora vocis ἱστορέω testimonia transeamus, historiam vocis ἱστορία adnectimus, cuius significatio a sensu verbi ἱστορέω pendet.

ἱστορία nomen abstractum a voce ἱστωρ formatum sensum verbi denominativi sequitur et „investigationem“, non „scientiam“ significat. Herod. I. 1. Ἡροδότου Ἀλικαρνησέος ἱστορίας ἀπόδειξις ἦδε. II. 99. μέχρι μὲν τούτου ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι. II. 118. ἱστορίησι φάμενοι εἰδέναι παρ' αὐτοῦ Μενέλεω. II. 119. τούτων δὲ τὰ μὲν ἱστορίησι ἔφασαν ἐπίστασθαι. VII. 96. οὐ γὰρ ἀναγκαῖη ἐξέρομαι ἐς ἱστορίας λόγον.

ἱστορίη est „forschende Wissenschaft“, quo sensu etiam apud Hippocratem accipiendum est verbum, ubi scientiam ipsam significare videtur. παραγγ. 13, L. IX. 268 ἱστορίας γὰρ εὐσχήμονος σύνεσις ἐν τούτοισι διεφθαρμένη. Τουτέων οὖν δι' ἀνάγκην ἀξυνέτων ἐόντων παρακελεύομαι χρησίμην εἶναι τὴν τριβὴν, μὴ τὴν τήρησιν δογμάτων ἱστορίας. Τίς γὰρ ἐπιθυμεῖ δογμάτων πολυσχιδὴν ἀτρεκέως ἱστορεῖν μὴ γε χειροτριβίης ἀτρεμεότητι; „Intellegentia enim scientiae bene moratae in his periit. Qui cum sint necessario imperiti, dico utilem esse experientiam, non observationem

scientiae praeceptorum. Quis enim est, qui praeceptorum varietatem exacte perquirere cupiat deficiente manuum firmitate consuetudine parata.“ Vertimus „scientia“, *ιστορίη* autem aptius quam *ἐπιστήμη* τῇ *τριβῇ* opposita scientiam tantum experientia paratam significat. Eodem sensu vocem legimus π. ἀρχ. ἰητρ. 20, I. 24, 17 Klw. et π. τέχνης init., cf. Gomperz, Sitzungsber. d. Wien. Ak. tom. 120, nr. IX p. 96. Eundem sensum habet *ιστορίη* in suspecto Heracliti fragm. 129 D. Πυθαγόρης<sup>1)</sup> Μνησάρχου *ιστορίην ἡσκησεν ἀνθρώπων μάλιστα πάντων κτλ.*

A genuina Atticorum dictione etiam *ιστορία* aliena est. Plato Crat. p. 437 B, Phaedr. 244 C vocem veriloquii gratia induxit; in Phaedone, p. 96 A: ταύτης τῆς σοφίας, ἣν δὴ καλοῦσι περὶ φύσεως *ιστορίαν* Ionicam consuetudinem quasi digito monstrat. Ad Ionicam consuetudinem, fortasse ad ipsius Anaxagorae doctrinam redit etiam Euripidis frg. 910 anap.

ὄλβιος, ὅστις τῆς *ιστορίας*  
 ἔσχε μάθησιν  
 μήτε πολιτῶν ἐπὶ πημοσύναις  
 μήτ' ἐς ἀδόξους πρήξιας ὁρμῶν  
 ἀλλ' ἀθανάτου καθορῶν φύσιος  
 κόσμον ἀγήρων, τῇ τε συνέστη  
 [καὶ ὄπη καὶ ὄπως].  
 τοῖς δὲ τοιοῦτοις οὐδέποτε' αἰσχρῶν  
 ἔργων μελέτημα προσήξει.

trad. apud Clem. Al. strom. IV p. 636 et 1—6 Them. p. 307 D. cf. Verrall, Journ. of hell. stud. I p. 273. Comparavit is locum Demosthenis de cor. § 144: ἦτις δ' ἡ φύσις, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, γέγονεν τούτων τῶν πραγμάτων καὶ τίνας εἵνεκα ταῦτα συνεσκευάσθη καὶ πῶς ἐπράχθη νῦν ἀκούσατ', ἐπειδὴ τότε' ἐκολούθητε. καὶ γὰρ εὖ πρᾶγμα συντεθὲν ὄφρασεθε καὶ μεγάλ' ὠφελήσεσθε πρὸς *ιστορίαν* τῶν κοινῶν. „Towards the analysis of politics“ vertit V., voce φύσις τῶν πραγμάτων memoriam doctrinae Anaxagoreae revocari ratus. „We remember that to an Athenian *ιστορία* was a term of art merely“. Sensus certe hoc loco Ionicus est „cognitio rerum publicarum“, quod confirmatur loco Aeschinis in Tim. 141, ubi τοῖς ἀνηκόοις

1) Iamblichi verbis: ... δοθῆναι ἀνθρώπων χρηματίσασθαι ἀπὸ γεωμετρίας· ἐκαλεῖτο δὲ ἡ γεωμετρία πρὸς Πυθαγόρου *ιστορία* de origine ipsius vocis *ιστορία* nihil efficitur (vit. Pythag. p. 66, 11 Nauck) cf. Gomperz loc. comm., Tannery, Arch. f. Gesch. d. Philos. I, p. 29 sqq.

παιδείας opponit: ὁμοίως δὲ εὐσχήμονες τινες προσποιεῖσθε εἶναι καὶ περιφρονοῦντες ἱστορίᾳ τὸν δῆμον, ubi vox fere „eruditionis“ sensum accepit.

Restant pauca nostrae stirpis derivata: Plato, Soph. 267 E ὁμοίως δὲ κἄν εἰ τολμηρότερον εἰρησθῆαι διαγνώσεως ἕνεκα τὴν μὲν μετὰ δόξης μίμησιν δοξομιμητικὴν προσεῖπωμεν, τὴν δὲ μετ' ἐπιστήμης ἱστορικὴν τινα μίμησιν. Qui ἐπιστήμην habet, ἴστωρ est, μίμησις igitur μετ' ἐπιστήμης ἱστορικὴ vocatur. Notio quaerendi in hac sc. Attica voce non inest. Hippocr. π. νοσο. δ' 56, L. VII. 606 λέγω δὲ ἱστορία<sup>1</sup>), ὅτι τὸ ποτὸν οὐ χωρεῖ εἰς τὸν πλεύμονα . . . καὶ ἐν μὲν τοῦτο ἱστόριον ἐστὶν κτλ. sim. ibid. p. 608 saepius, π. γονῆς 1, 8, 13, L. VII. 470, 482, 492, π. παιδ. φύσ. 18, L. VII. 502 et 504. ἱστόριον „documentum“ est formatum a stirpe ἴστωρ „testis“. Et revera cum hac voce coniungendum est alterum illud ἱστορεῖν „probare“. VII. 504 ἱστορέουσι eadem ratione ponitur, ut in eadem pagina ἱστόριον δ' ἔστι. Sim. VII. 578. Etiam loco dubio παραγγ. 12 ἀπαρνέομαι γὰρ εἰς χεῖρσιν ἐτέρην φιλοπονήην μετὰ πόνου ἱστορευμένην „comprobatam“ verbo hunc sensum inesse arbitramur (cf. supra p. 28).

In lingua communi ἱστορέω, ἱστορία (cf. Latine „historia“) apud scriptores frequentissima sunt. Partim sensus quaerendi, interrogandi conservatur, partim plane novus accedit, cum ἱστορέω significet „narro“, ἱστορία „narratio“, quae mutatio quomodo orta sit, haud facile explicatur. Fortasse haec vocis significatio profecta est a notione „probandi“, ut multis locis, ubi Graece ἱστορεῖν scriptum est, potest verti „testem esse“. ἱστορεῖν „narrare“ iam Aristoteles exhibet p. 818 b 28 ὡς ὁ Ἄννωνος περίπλους ἱστορεῖ, sim. al. Et ἱστορία „narratio“ rhet. a' p. 1360 a 37 al. cf. ind. Bonitzii. Polybius (cf. ind. Schweighäuseri, tom. VIII. 2) exhibet ἱστορεῖν „inquire“ 9. 14. 3, al., „explorando cognoscere“ 3. 38. 2, al., „narrare“ 4. 47. 2 al. Similiter apud Plutarchum et similes auctores.

Iam calculos subducamus. Conati sumus demonstrare notionem quaerendi ab ipsa stirpe alienam in iis derivatis solis conspici, quae Ionibus peculiariter fuisse testimoniis congestis satis comprobatur: ἱστορέω, ἱστορία, quae vox, ubi apud Atticos scriptores velut Demosthenem Aeschinem legitur, ab Ionibus mutuata esse

---

<sup>1</sup>) Apud Hesych. ἱστορία· μαρτυρία καὶ τὰ ὅμοια sine dubio scrib. ἱστορία· μαρτύρια κ. τ. ὅ.

videtur. Neque verisimile est, voces Doriensium in usu fuisse, etsi in duobus illis Doricae linguae testimoniis *ιστορέω* Ionum more usurpatur.

Reliquae formationes *ιστωρ*, *ιστορικός*, *ιστόριον*, *ιστορέω* (comprobo) certae originis indicium prae se non ferunt. Solummodo *ιστορέω* (quaero) et *ιστορία* satis peculiariter „quaerendi“ sensum retinent, quare commoti solis Ionibus, quorum cum usu, ut supra vidimus, tragicus sermo quam accuratissime consentit, illa verba vindicare non dubitamus.

### ΘΕΟΒΛΑΒΗΣ, ΘΕΟΒΛΑΒΕΩ, ΘΕΟΒΛΑΒΕΙΑ.

Pers. 831 (822) trim.

*πρὸς ταῦτ' ἐκεῖνον σωφρονεῖν κεχρημένοι  
πινύσκετ' εὐλόγοισι νουθετήμασιν  
λῆξαι θεοβλαβοῦνθ' ὑπερκόμπω θράσει.*

schol. *ἐκεῖνον*· τὸν Ξέρξην, de quo Darius hoc dicit. Dindorf in lex. Aeschyl. *θεοβλαβέω* vertit „in deos pecco“, simil. Sütterlin, die verba denom. im Altgr. I p. 74. Varias totius loci emendationes praebet Wecklein in edit. II. p. 37. Nos cum G. Hermannō in edit. II. p. 245 Laurentiani codicis scripturam sequimur, quam vertit ille vir doctissimus: „Vos, inquit, quorum interest illum sapere, monete eum“. Sed quid ultimus versus dicit? *θεοβλαβεῖν* oppositum est verbo *σωφρονεῖν*. Qui non habet *σωφροσύνην*, *θεοβλαβής* est, quo verbo non peccatum, sed poena indicatur, quare vertendum est: „Monete eum, ut insanire desistat“. Quam poenam *ἄτην* solent vocare Graeci, ut Darius paulo ante dixit v. 821: *ὑβρις γὰρ ἐξανθοῦσ' ἐκάρπωσε στάχυν ἄτης*. Xerxes igitur habet *ἄτην* et deorum voluntate *ὑπερκόμπω θράσει* in calamitatem propellitur. Per se *θεοβλαβής* potest esse, „qui deum *βλάπτει*, in deum peccat“. Hoc loco non est.

Reliqua huius vocis testimonia haec sunt: Herod. I. 127 = VIII. 137 *θεοβλαβής γενόμενος (ἐάν)* = insanus. Aeschin. in Ctesiph. 133: *ἀλλὰ τὴν γε θεοβλάβειαν καὶ τὴν ἀφροσύνην οὐκ ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ δαιμονίως κτησάμενοι*.

Tum eodem sensu apud recentiores: Dion. Hal. A. R. I. 24 *οἷστρον καὶ θεοβλαβεία ἀπελαννόμενος*. Cass. Dio 44. 8 *καθήμενος σφᾶς εἶτ' οὖν θεοβλαβεία τινὶ εἶτε καὶ περιχαρεία*. Themist. 4. 56 *καὶ ἀπειλεῖν θεοβλαβοῦντα λάφυρά τε καὶ ἀνδραποδισμὸν καὶ ἀνάστασιν*. *θεοβλαβής* igitur ubique is est, cuius mentem deus perturbaverit.

Aliter Pollux I. 22: *ἐνταῦθα δὲ ἀσέβεια καὶ ἀνοσιότης καὶ ὀλιγογρία περὶ τὸ θεῖον καὶ θεοβλάβεια καὶ ἀθεότης*, eodem sensu postea *θεοβλαβής*. Quae explicatio ex vocis etymologia hausta est.

Vox *θεοβλαβής* cuiusque derivata Ionica iudicanda sunt propter significationem singularem, nisi forte credas ea recedere ad vetustissimam aetatem, quae Ionibus et Atheniensibus communis fuit. Iones voce usi sunt, Aeschines autem etiam alia verba praebet, quae in Attica non orta esse demonstrari potest, cf. *ιστορία* p. 30sq. *φερογή* p. 36. Etsi illius oratoris aetate in sermonem Atticum transiit, apud Aeschylum vox vel propter mensuram Ionica est: alteram enim syllabam ante *-βλ-* produci Atticorum mos non fuit, cf. de Mess, Mus. Rhen. 1903, p. 270 sq. et quae adnotavimus ad vocem *θεοπρόπος* p. 43.

### ΠΑΛΟΣ.

Pers. 778 (770) trim. *πάλου τ' ἔκρσα*; Sept. 55 *πάλω λαχών*; eodem sortis sensu Sept. 126 (119) in cantico, in diverbiis Sept. 377 (359), 458 (441), Ag. 333 (320), Eum. 32, 742 (732), 753 (743). Neque aliter voce usi sunt Sophocles Ant. 275 trim. *κάμῃ . . . πάλος καθαιρεῖ*, Euripides Heracl. 546, Ion. 416, [Iph. Aul. 1151] trim. Tro. 263 chor., Lycophron Al. 1154, 1267. Omnibus locis est sors, quam Graeci, non solum Attici, sed etiam Herodotus tragicique poetae solent vocare *κλήρος*. Iph. Aul. 1151, si recte traditur, vertendum est „vibratio“; sunt enim qui scribi velint *πέδω* vel sim.

Vox sensu indicato legitur apud Herodotum III. 80, IV. 94, 153; aliena est ab epico et Attico sermone. Apud recentiores poetas reperi Ap. Rh. I. 395 et IG. Sicil. Ital. 1832. 2 aetatis Romanae.

*Πάλος* primitivum est substantivum a stirpe verbi *πάλλω* „vibro“ formatum. Quod verbum Wittekind p. 42 Ionibus tribuit, quia legitur apud Homerum, Herodotum, Hippocratem, non apud Atticos scriptores V. et IV. saeculi. Vereor autem ne iniuria, nam stirps *πάλλω* indogermanica est, etsi de eius veriloquio dubitatur, cf. Prellwitz, et. Wörterb. *πάλλω*, *παλτόν*, *πάλος* lat. evallere, ai. cálati schwankt (?). Voces autem priscas obsoletas plane exclusimus ob causam supra commemoratam cf. p. 12. Ponamus autem *πάλλω* in tragoedia Atticum esse verbum, tamen *πάλος*, quia sortem significat, vox Ionica est. Sors ita vocatur, quia urnam vel galeam vibrando sortiebantur, quod inde ab aetate Homeri fieri solebat, cf. H 171

κλήρω νῦν πεπάλασθε, ut de ipso sortiēdo dicat Herodotus III. 128: παλλομένων δὲ λαγγάνει ἐκ πάντων Βαγαῖος.

In dubium vocatur haec de Ionica origine sententia glossa Bekkeri, anecd. p. 1095 (γλώσσαι κατὰ πόλεις) πάλος· κλήρος Αἰτωλῶν, quae quomodo orta sit, nuper inscriptio Aetolica docuit, C-B. 1415 (Dittenb.<sup>2</sup> 425) 15: τὰν δὲ δαμοσίαν χώραν . . . ἀλλὰ κατ' ἄνπαλον μισθοῦντων καθῶς καὶ τὸ πρότερον. Haec vox ἄμπαλος = ἀνάπαλος nobis non ignota est, cf. Pind. Ol. VII. 61:

καὶ ῥά μιν χώρας ἀκλάρωτον λπον

ἄγνόν θεόν,

μνασθέντι δὲ Ζεὸς ἄμπαλον μέλλεν θέμεν

schol. ἤγουν ἀναμερισμόν . . . ἀνακλήρωσιν ἀπὸ τοῦ Ὀμήρου H 171 et sim., unde Eustath. ad Hom. p. 64. 42 et 1434. 36 hausit ἀ. δεύτερον πάλον καὶ κλήρον ἐπὶ μερισμῶ. Ἄμπαλος igitur vox Aetolica fuit, unde veriloquii gratia homo grammaticus finxit πάλος· Αἰτωλῶν, et id falso, nam ἀνάπαλος non est compositum vocis πάλος, sed originarie formatum a verbo ἀναπάλλω, „sursum vibro“ aut „iterum vibro“ (in analogiam verborum ἀναβιώσκω „revivesco“, ἀναγεννάω „recreo“). Similiter ἔκγονος non est ἐκ + γόνος, sed a verbo ἐκγίγνομαι formatum, ἀμφίλογος non ἀμφι + λόγος, sed a verbo ἀμφιλέγειν formatum. ἄμπαλος igitur est aut resortitio (Pind. cum schol.) aut sortitio sursum vibrando facta (inscr., fortasse etiam Pind.) Cum voce autem πάλος „sors“ ὁ ἄμπαλος nihil commune habet, ut nihil obstat, quominus πάλος Ionum, ἄμπαλος Aetolorum propriae sint voces.

#### ΦΕΡΝΗ, ΑΝΤΙΦΕΡΝΟΣ, ΦΕΡΝΙΟΝ.

Suppl. 979 (946) anap.

τάσσεσθε, φίλαι δμωίδες, οὔτως,

ὡς ἐφ' ἐκάστη διεκλήρωσεν

Δαναὸς θεραποντίδα φερνήν.

Ag. 406 (390) chor.

ἄγασά τ' ἀντιφερνον Ἴλιφ φθοράν. (Helena.)

Hoc loco φερνή „dotem“ significat, nam Troiae vastatio potuit revera vocari „pro dote Helenae“; illo autem metaphoricè servae Danaidarum appellantur „dos“, cum ipsae praeterea nihil possideant. Euripides vocem φερνή = dos exhibet Iph. Aul. 47 anap., 611 trim., Med. 956 trim., Phoe. 1581 trim., frg. 775. 2 trim., tralate Ion 298 trim. φερνάς γε πολέμον καὶ δορὸς λαβῶν γέρας.

Φερνή apud complures Graeciae gentes in usu fuit, sed sensu varie mutato. Apud Dorenses legitur in inscriptione Epidauria IG. Pel. ins. vic. I. 914, p. 191. *θ[ύ]εν κ[α]ι καλαίδα τᾷ Λατοῖ κ[α]ι Ἄρτάμυτι, ἄλλαν φερνᾶν τῷ θιωῖ κριθᾶν μέδιμνον, σπυρῶν ἡμίδιμνον . . . ἐπὶ τοῦ β[ω]μοῦ τοῦ Ἀσκλαπιοῦ θύε|ν ταῦτα κ[α]ι καλαίδα ἀνθ[έ]ντω τῷ Ἀσκλαπιῷ φερνᾶν κριθᾶν μέδιμνον, σ[π]υρῶν ἡμίδιμνον, οἴνου ἡμίτειαν . . .* Nonnullis dis sacra fiunto, φερνή igitur non est dos, sed simplex donum „quod φέρεται“<sup>1)</sup>. Etiam Aeoles voce φερνή usi sunt, cuius forma apud eos erat φέρενα, cf. Herodian. π. μον. λεξ. Π, p. 939. 9 φέρενα· φερνή. *Αἰολεῖς δὲ φέρεναν αὐτὴν λέγουσιν ὁμοίως τῇ Ἑλλεναν*, sim. etym. magn. p. 790. 41. De formatione vide Hoffmann, gr. Dial. II, p. 248 et 529. Quid significaverit vox, nescimus.

Dotem autem significat φερνή apud Iones Herod. I. 93: *αἱ θυγατέρες πορνεύονται πᾶσαι συλλέγουσαι σφισι φερνάς*. Eodemque sensu apud Atticos scriptores legitur his locis: Xenoph. inst. Cyri. 8. 5. 19 *ἐπιδίδωμι δὲ αὐτῇ ἐγὼ κ[α]ι φερνήν Μηθίαν τὴν πᾶσαν*. Aeschin. π. παραπρ. 31 *περὶ μὲν οὖν τῆς ἐξ ἀρχῆς κτήσεως τῆς χώρας κ[α]ι τῶν Θησέως παιδῶν, ὧν Ἀκάμας λέγεται φερνήν ἐπὶ τῇ γυναικὶ λαβεῖν τὴν χώραν ταύτην . . . τότε μὲν ἤρμποτε λέγειν*. Unicus hic locus est apud scriptorem vere Atticum, quare Pollux ad eum recurrit in commendanda voce III. 35 *λέγοις δ' ἂν προῖκα κ[α]ι φερνήν τὴν παρὰ τῆς γυναικὸς δόσω*. *Αἰσχίνης γὰρ ὁ δῆτωρ τὴν προῖκα φερνήν καλεῖ*. Denique bis apud comicos poetas in Anaxandridae frg. 41. 23 (Kock II. 152, Mei. III. 183) *anap. φερνάς τε λαβεῖν δύο μὲν ξανθῶν ἵππων ἀγέλας*, et in Menandri frg. 1080 (Kock III. 263, Mei. IV. 317) etym. magn. p. 710. 49 *φερνήν δὲ τὴν προῖκα κ[α]ι Αἰσχίνης κ[α]ι Μένανδρος*.

Athenienses etiam deminutivum φερνίον adhibuerunt, sed id quidem sensu longe diverso de „sportula“, v. Eust. ad Hom. p. 752. 59: *φερνία δὲ ἰχθύων σπυρίδες*. *Μένανδρος· ὁ προσιῶν | γέρων ἀλιεύς, παρ' οὗ τὸ φερνίον τριτην | ταύτην ἐπιοιάμεθ' ἡμέραν*. cf. Menandri frg. 717 (Kock III. 204, Mei. IV. 253). Simil. Poll. VI. 94, X. 132, Hes. s. v. φέρμα. Scriptura φερνίον sensusque commemoratus confirmantur locis Alciph. I, ep. 9 et Ael. N. A. XVII. 18. φερνίον igitur est, quo quid φέρεται, sicut ἀρτάνη est, quo quid ἀρτᾶται.

<sup>1)</sup> In inscriptione Calauriensi, Le Bas, inser. de Morée, fasc. 5, p. 221, nr. 286. 6 (v. thes. Steph.) φερνά omnino non legitur, cf. IGPel. I. p. 270, nr. 840.



Denique in lingua communi *φερνή* vox usitatissima est omnibusque quos inspexi locis dotem significat: et in papyris Pap. Berol. I. 183. 6 saep., 251. 4 saep., 252. 6, III. 717. 4, 742 IIa 1, 975, 22, *παράφερα* 975. 22. Pap. Ptol. 21. 19, Oxyr. Pap. II. 266. 9 etc. et apud scriptores Polyb. 18. 18. 6, 28. 17. 9, 32. 8. 4. LXX. Gen. 34. 12, Ex. 22. 16, 17, Io. 16. 10, II. Macc. 1. 14, Ioseph. A. I., Plut. al. haud semel.

Ex ipsis testimoniis evincitur *φερνήν* esse apud Dorienses (Epidaurios) quodvis donum, apud Iones et Atticos dotem, *φερνιον* apud Atticos sportulam. *φερνήν* autem „dotem“ solis Ionibus vindicandam esse, inde cognoscere licet, quod paucis illis locis, ubi *φερνή* hoc sensu apud scriptores Atticos legitur, Ionico ex usu recepta videtur esse. Xenophon enim multa eius modi habet, Menander haud procul abest ab usu linguae communis (cf. *ἀμφίβληστρον* p. 39), Anaxandrides l. c. poetice loquitur, cf. v. 33 *δεσποσύνοις*, 36 *ὀδμαί* et al. Aeschines denique quae de Thesei filiis narrat sine dubio tragoediae alicuius argumento debet, unde simul vocem *φερνή* sumpsit. Gravissima autem causa, cur vocem *φερνή* non Atticam censeamus, ea est, quod Athenienses propriam dotis vocem procreaverunt *προῖξ*, quam a solis Atheniensibus de dote usurpatam esse verisimile est.

Etiam *προῖξ* sensu originario „donum gratuitum“ est, cf. Hesych. *προῖκα· δωρεάν, φερνήν· πᾶν γὰρ δῶρον προῖξ*. Sic exstat apud Homerum *ν* 15 *ἀργαλέον γὰρ ἓνα προῖκὸς χαρίσασθαι*. et *ο* 413 *προῖκὸς γεύσεσθαι Ἀχαιῶν*. Simil. *ο* 352, 449 *προῖκτης* „mendicus“, unde verbum derivatur *προῖσσομαι* = *προῖκτης εἰμι* Archil. frg. 130. Transitive ponitur *καταπροῖσσεσθαι* „gratis, impune aliquid facere“ apud Archil. frg. 92, Herod. III. 36, 156, V. 105, VII. 17, Arist. equ. 435, nub. 1240, vesp. 1366, 1396, Thesm. 566 in diverbiis. Denique adverbii loco accusativus *προῖκα* „gratis“ sensum primum semper et ubique retinuit, etiam apud Athenienses. De dote *προῖξ* ab Atticis adeo frequenter usurpatur, ut longum sit testimonia congerere. Ex inscriptionibus Meisterhans<sup>3</sup>, p. 210 nr. 30 locos collegit. Thucydides neque vocem neque notionem dotis exhibet, Plato *προῖξ* Legg. V. 742C, VI. 774C, XII. 944A, oratores multis locis, item comici poetae. Contra apud Aeschylum, Sophoclem, Euripidem *προῖξ* „dos“ non exstat. Apud recentiores vox rarior est, reperitur e. gr. Pap. Berol. III 970. 11. 14. 16 (scr. *προοῖκα*). Extra Atticam *προῖξ* dotem significans neque apud scriptores neque in titulis legi-

tur, qua quidem re nihil comprobatur. Tamen vel alia causa est, cur verisimile sit singulas Graeciae gentes propria dotis nomina formasse.

Homeri temporibus dos omnino non fuit, sed ἔδνα \*φέδνα a viro loco emptionis uxoris afferebantur: II 178, 190, X 472, θ 318 al. Aetate procedente mos paulatim ita mutatus est, ut mulier dotem viro ferret, quae aut initio aut a quibusdam hominibus (Aeolibus?) eodem nomine ἔδνα vocata est, velut α 277 al., Pind. Ol. IX. 12, sed cf. schol. ad h. loc. ἔδνα γὰρ διδάσασιν οἱ ἄνδρες, φερνάς δὲ αἱ γυναῖκες κτλ. Iones illam rem φερνήν, Athenienses προῖκα vocare coeperunt, reliquarum autem gentium nomina nescimus<sup>1)</sup>. Tamen ex analogia usus Ionici et Attici efficitur, ut suum quaeque nomen formaverit.

Quacum re plane consentit Athenienses in voce φερνίον „sportula“ eandem stirpem longe diverso sensu usurpasse.

#### ΑΜΦΙΒΛΗΣΤΡΟΝ.

cf. Wittekind p. 34.

Prom. 81 trim. στείλωμεν, ὡς κώλοισιν ἀμφιβληστρὸν ἔχει. schol. ἐν ποσὶ καὶ χερσὶ τὰ δεσμὰ ἔχει. Ag. 1382 (1326) trim. ἄπειρον ἀμφιβληστρον ὥσπερ ἰχθύων. Choeph. 492 (479) trim. μέμνησο δ' ἀμφιβληστρον, ᾧ σ' ἐκαίνισαν. ἀμφιβληστρον „rete“ est, sed metaphorice etiam de vinculis Prometheus usurpatur. Similiter metaphorice Soph. Trach. 1052 trim. καθήψεν ὄμοις τοῖς ἐμοῖς . . . ἀμφιβληστρον de vestimento Herculis, quod Deianira ei misit. Et Eurip.<sup>2)</sup> Iph. Taur. 96 trim. τί δρῶμεν; ἀμφιβληστρα γὰρ τοίχων δρᾶς | ὑψηλά. Tragicum sermonem Lycophr. Al. 1101, 1375 imitatur.

Praeter tragicos poetas vocem „rete“ significantem legimus in [Hesiod.] scut. 215 εἴχε δὲ χερσὶ | ἰχθύων ἀμφιβληστρον. Scutum non ab Hesiodo, sed ab Ionico quodam rhapsodo saeculo VII. exeunte compositum est. Tum Herod. I. 141 ὡς δὲ ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος, λαβεῖν ἀμφιβληστρον καὶ περιβαλεῖν τε πλῆθος πολλὸν

<sup>1)</sup> Strabo X p. 482 C, ubi de Cretensium dote loquitur, suae aetatis voce φερνή utitur, quod fortasse iam auctor eius, Ephorus, scripserat.

<sup>2)</sup> Hel. 1070 trim. loco adiectivi ἀμφιβληστρα . . . ἑάκη traditur, quod corrigendum est sec. frag. 697 trim., ubi ἀμφιβλητρα ἑάκη scribitur. Verba enim in-τρον formata substantivorum vim habere solent.

τῶν ἰχθύων καὶ ἐξείρῳσαι. II. 95 πᾶς ἀνὴρ αὐτῶν ἀμφιβληστρον ἔκτῃται, τῷ τῆς μὲν ἡμέρης ἰχθύς ἀγρεύει, τὴν δὲ νύκτα . . . ἴσῃσι τὸ ἀμφιβληστρον καὶ ἔπειτα ἐσθὺς ὕπ' αὐτὸ κατεύδει, sc. ne conopes eum mordeant.

Apud Atticos scriptores enotavimus hos locos: Plato Soph. 235 B. περιειλήφραμεν ἐν ἀμφιβληστροικῷ τινι τῶν ἐν λόγοις . . . ὀργάνων. Antiphanis frg. 194 (Kock II. 92, Mei. III. 109) ἰχθύσιν ἀμφιβληστρον ἀνὴρ πολλοῖς ἐπιβάλλων. Sermo familiaris non est, id quod vel metrum docet. Menandri frg. 27 (Kock III. 11, Mei. IV. 78) ἀμφιβλήστρον περιβάλλεται. Denique in lingua communi vox usitata est pro eo quod est rete, velut LXX. Ps. 140 (141). 10, Eccles. 9. 15, Habac. 1. 15, 16, 17; NT. Matth. 4. 18, Marc. 1. 16. Unde ἀμφιβολεύς notionem piscatoris accepit Ies. 19. 8. In apparatu piscatorio vocem memorat Pollux I. 97, VII. 139, X. 132.

Derivatam significationem praebet Pollux II. 71, ubi de partibus oculi disserit: τῷ δὲ τετάρτῳ ἀραχνοειδεῖ καὶ ἀμφιβληστροειδεῖ, quod Latine vocatur retina. Galenus quoque eam saepius vocat ἀμφιβληστροκῆν. Hippocrates quidem vocem non habet, sed secundum Littræi indicem retinam nusquam affert. Nomen inventum esse videtur ab Herophilo Chalcedoniensi (IV. saeculo a. Chr. n.), cf. Rufus, p. 38 Clinch. ἐπειδὴ δὲ Ἡρόφιλος εἰκάξει αὐτὸν ἀμφιβλήστρον ἀνεσπασμένῳ, ἔνιοι καὶ ἀμφιβληστροειδῆ καλοῦσιν.

Ex ipsa significatione sequitur, ut ἀμφιβληστρον „rete“ ab Ionibus peculiariter formatum sit. Iam vero per se quodvis instrumentum est, quo aliquid ἀμφιβάλλεται, unde notio retis deducitur addita impediendi et cohibendi vi, quae etsi a verbo ἀμφιβάλλειν non aliena est (cf. Soph. Ant. 344 chor. φῦλον ὀρνίθων ἀμφιβαλῶν, sim. περιβάλλειν vel in prosa oratione), tamen non necessario in eo inest. In nomine igitur ἀμφιβληστρον notio verbi peculiari modo in angustius contracta est. Nusquam enim de simplici veste dictum est. Id autem aequè apud omnes Graecas gentes factum esse vix probabile videtur esse. Factum est certe apud Iones; apud Atticorum autem scriptorum neminem ita legitur vox, ut consuetudini pro certo tribuenda sit. Plato et Antiphanes poetico sermone utuntur, Menandri sermo haud procul abest a lingua communi. Neque est, qui vocem priscae Atthidi vindicet, nam verisimile non est eam aetate antehomerica floruisse.

ΘΕΟΠΡΟΠΟΣ, ΘΕΟΠΡΟΠΕΩ, ΘΕΟΠΡΟΠΙΑ.

cf. Rutherford, n. Phr. p. 15, Wittekind, p. 37.

Prom. 659 (658) trim. ὁ δ' ἔς τε Πυθῶ καπὶ Δωδώνης πυκνοῦς | θεοπρόπους ἱάλλεν. Soph. Trach. 822 chor. τοῦπος τὸ θεοπρόπον. frg. trag. adesp. 106 Nauck<sup>2</sup> = frg. com. adesp. 1232 (Kock III. 612, Mei. IV. 610) trim. apud Cic. ad Att. 15. 11. 3, 16. 6. 2 ἡ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται [νῦν] θεοπρόπε. eiec. νῦν Cobet, qui nov. lect. p. 29 tragoediae versum vindicavit. Apud Aeschylum θεοπρόπος „nuntius“ est, qui oraculo consulendo mittitur; apud Sophoclem adiectiva vi cum voce ἔπος coniunctum significat „μάντευμα vaticinium“; in fragmento autem verisimile est θεοπρόπον iterum nuntium esse, ex quo quaeratur, quid sibi velit ἡ δεῦρ' ὁδός „via ad oraculum facta“.

θεοπρόπος eiusque derivata apud Atticos scriptores omnino non reperiuntur, leguntur autem iam apud Homerum de vate, qui oracula dat et prodigia interpretatur. Adiectivi vim habet N 70

Κάλχας . . . θεοπρόπος οἰωνιστής,

substantivi autem α 416

οὔτε θεοπροπίης ἐμπάξομαι, ἦντινα μήτηρ

ἔς μέγαρον καλέσασα θεοπρόπον ἐξερέηται,

item M 228. Unde oraculum est θεοπρόπιον A 85 θαρσήσας μάλα εἰπὲ θεοπρόπιον ὅτι οἰσθα, sim. Z 438. Pari sensu usurpatur θεοπροπία A 385 ἀγόρευε θεοπροπίας ἐκάτοιο. A 87 Δαναοῖσι θεοπροπίας ἀναφαίνεις. A 794 = Π 36 εἰ δέ τινα φρεσὶ ἦσι θεοπροπὴν ἀλεεῖναι de Achille, qui repondet Π 50 = α 415 supra allat. = β 201

οὔτε θεοπροπίης ἐμπάξομαι.

Qui θεοπρόπος est, θεοπροπεῖ A 109 = B 322 = β 184. Eodem sensu dicit Pindarus Pyth. IV. 190

μάντις ὀρνίχεσσι καὶ κλάροισι

θεοπροπέων ἱεροῖς Μόψος.

et Bacch. XI. 41

ἦ τινα θεοπροπὴν εἰδῶς.

Et θεοπρόπιον quidem significationem vaticinii semper retinuit, cf. Herod. I. 7, 54, 68, 69, 165, III. 64, VII. 117, IX. 93. θεοπρόπος autem apud Iones quinti et quarti saeculi „nuntium“ significat, qui oraculi consulendi gratia mittitur: Herod. I. 67 πέμπαντες θεοπρόπους ἔς Δελφούς ἐπειρώτων; eadem ratione vox legitur I. 48, 78, 158, 174, V. 79, VI. 57, 135, VII. 140, 141. Sunt revera apud

Herodotum plerumque non Iones, qui *θεοπρόπους* mittunt, sed Lacedaemonii, Thebani alii. Scriptor nomen Ionicum substituit, cf. VI. 57 apud Lacedaemonios . . . οἱ δὲ Πύθιοι εἰσι θεοπρόποι ἐς Δελφούς. Accedit titulus Milesius in Dittenbergeri sylloga<sup>2</sup> nr. 660. 5 et 8: ἃ [δὲ ἄ]ν ὁ θεὸς θεσπιση, οἱ μὲν θεοπρόποι εἰσαγγειλάτωσαν εἰς ἐκκλησίαν . . . κ]α[λ]ι θεοπρόποι ἠρέθησαν κτλ. Titulus IV. saeculi etsi Attica dialecto conscriptus est, tamen copia verborum magna ex parte ad Ionicam consuetudinem recedit, cf. l. 3 ἄγροισι, 5 θεσπιση, idemque de voce *θεοπρόπος* nuntium significantem dicendum est. Et quod in inscriptione Delphis reperta Delphica dialecto conscripta III. fere saeculi, Dittenb. syll.<sup>2</sup> nr. 484 (C-B. 2645. 2), legitur *Ματροφάνης Μενεκράτεος θεοπρόπος καὶ πρεσβευτᾶς παρὰ τοῦ δήμου τοῦ Σαρδιανῶν*, sine dubio verba, quibus munus Metrophanis describitur, Sardoniorum, non Delphorum consuetudinem prodit; talis enim nuntius Delphis solet vocari *θεαρός* (*θεωρός*), cf. indic. C-B. IV p. 198 sq. Denique eodem sensu *θεοπρόπος* etiam apud recentiores legitur, velut Plut. Fab. 18 καὶ γὰρ εἰς Δελφοὺς ἐπέμφθη θεοπρόπος Πικτωρ συγγενῆς Φαβίου. Simil. Rom. 28, Nic. 13, Cim. 18, mor. p. 438 A. B., Luc. Alex. 41.

Denique *διοπροπίω* apud Boeotos in usu erat, cf. IGS. I. 3208 (C-B. I. 494), IV. saeculo exeunte: In tripode dedicando hi magistratus enumerantur: ἄρχοντας . . . ἀφεδριατεύοντων . . . γραμματεῦοντος . . . μαντευομένω . . . διοπροπίοντος . . . [ιαρ]ατεύοντος. In lapide OIII; Boeckh, CIG. I, p. 776 interpretatus est: interpretor oraculorum. Idem verbum extat IGS. I. 1673. 5 (C-B. 864. 5) θ[ιοπ]ροπίοντος Δωλιαο. Vis vocabuli vix praecise definiri potest; nuntius certe significat sacerdotum quoddam genus, fortasse ut voluit Boeckh interpretem oraculorum, minime vero nuntium Ionico more.

Ea, quae a Thoma Mag. p. 180. 8 R. de voce *θεοπρόπος* congesta sunt, nihil novi docent.

Iam videmus Sophoclem Homeri morem sequi, a quo Aeschyli usus plane abhorret. Is cum recentiore Iade accuratissime consentit. Quaeritur igitur, utrum hic usus mere Ionicus fuerit an e communi ut ita dicam et Iadis et Atthidis fonte repetendus, ideoque priscae Atthidi vindicandus sit. Quae quaestio ut dirimatur, non parvi momenti est et nomen propr. *Θεόπροπος* et veriloquium.

N. pr. *Θεόπροπος* reperitur

I. Athenis, vide Kirchner, prosop. Attica nr. 7043—45.

1. CIA. I. 457 Θ. [Α]ντίδος fin. V. saec.

2. CIA. IV. 2. 618b Θ. γραμματεὺς διασωτῶν anno 232.
3. Journ. of hell. stud. IX. 342 n. 4 Θ. pater Aristonici saec. III.
4. 5. CIA. II. 3460 et 3785 Θεοπροπίς in vasis sepulcralibus.

## II. apud Iones

1. L. Diog. II. 17. 1 Θεοπροπίδαι gens Eretriae florens, unde natus erat Menedemus (IV.—III. saec.).
2. Bechtel, ion. Inschr. 102. 3 Θεόπροπο[ς] Milesius.
3. ibid. 153. 28 in titulo Smyrnaeo Ὀλυμπιόδωρο[ς] Θεοπροπίδου aet. inc.
4. ibid. 177. 8 [Θε]όπροπος Ζήνωνος Chius.
5. Hoffmann, gr. Dial. III p. 39, nr. 80 C 19 Θεόπροπος Chius.
6. Arch. Zeit. 1876, p. 141 nr. 19 aetatis Roman. Θεόπροπος Rhodius.

## III. Varii.

Paus. 10. 9. 3 affert artificem Aeginensem, incertae originis sunt schol. II. 18. 486, CIG. 6582 (= IGIS. 1681), 6944, 5298.

Apparet igitur nomen in usu fuisse cum apud Atticos tum apud Iones, praeterea rarum. Ignotum est, quo sensu praedita vox in usum nominis proprii venerit. Jam videmus nos hac ratione nihil amplius proficere.

Graviora revera docemur veriloquio: De *θεο-* dubitari nequit; *-πρόπος* veteres et Buttmann, lexil. I, p. 19 sq. coniunxerunt cum stirpe *πρέπ-ω*. Sed accentus optime traditus *θεοπρόπος* docet adiectivum activa stirpis verbalis vi praeditum esse, ut a stirpe *πρέπ-ω* sensus idoneus deduci non possit. Veriloquium repperit L. Meyer, Kuhns Zeitschr. 22. 61, cf. Prellwitz, et. Wörterb.: *πρόπος* aus \**proços* fragend (= lat. *procus* Freier), indem ç unter dem Einflusse des labialen Anlauts zu q wurde. „Gott befragend“ zu ksl. *prosi* etc, quo veriloquio et sonorum et accentus et sensus rationi satisfit. Aetate vetustiore sacerdotes deum interrogare solebant, unde apud Homerum quilibet *μάντις θεοπρόπος* vocari potest, postea Graeci auxilio oraculorum potius deum interrogabant, cuius gratia nuntios mittebant, qui item iure poterant appellari *θεοπρόποι*. Sic Ionum usus ortus esse videtur; Athenienses autem reliquique Graeci talem nuntium suo quique nomine appellaverunt, velut Athenienses eorumque vicini dicere solebant *θεωρός*. Quam vocem iam Aeschyli aetate hunc sensum

habuisse demonstrat locus Sept. 858 (837) chor: τὰν ἄστονον με-  
λάγκροκον ναύστολον θεωρίδα de cymba Charonis. Quae cum ita  
sint, neque veri dissimile est vocem θεωπρόπος aliquando Atticis  
in usu fuisse, et apparet eos illam nunquam de nuntio oraculi con-  
sulendi gratia misso usurpasse.

Accedit in voce θεωπρόπος mensura  $\cup-\cup\equiv$ , cum homo Atticus  
praetulisset  $\cup\cup\cup\equiv$ , cf. de Mess, Mus. Rhen. 58, p. 286. Is compro-  
bavit positionem ante mutam cum liquida ex epicis et iambicis  
Ionum carminibus in tragoediam receptam ab Attica dialecto alienam  
esse. Nova igitur accedit causa, cur θεωπρόπος in tragoedia inter  
voces Ionicas ponamus.

### ΨΗΓΜΑ.

Ag. 442 (424) chor.

ὁ χρυσαμοιβὸς δ' Ἄρης σωμάτων  
καὶ ταλαντοῦχος ἐν μάχῃ δορός  
πρωθὲν ἐξ Ἴλιου  
φιλοισι πέμπει βαρὺ  
ψῆγμα δυσδάκρυτον ἀν-  
τήνορος σποδοῦ γεμι-  
ζῶν λέβητας εὐθέτους.

Ψῆγμα a stirpe ψακ- (cf. ψακάς, ψήγω) formatum „ramen-  
tum“ est. Neque vero de quolibet ramento usurpatur, sed in duas  
significationes artius circumscriptas abiit, nam apud philosophos  
quosdam particulae corporum minimae hac voce nominantur, apud  
reliquos autem scriptores ψῆγμα „ramentum auri“ est.

Inter philosophos fortasse iam Heraclitus voce ψῆγμα vel  
ψηγματίον usus est, etsi incertum est, quemnam sensum ei dederit.  
cf. doxogr. p. 312 et Dielsii prol. p. 221. Atque Aristoteles π. οὐρ.  
III. 5, ubi doctrinam Heracliteorum quorundam commemorat, dicit  
p. 304 a 21 ἐκ τοῦ λεπτομερεστάτου ἀντιθεμένου φασὶ γιγνεσθαι  
τᾶλλα καθάπερ ἂν εἰ συμφρσσωμένου ψήγματος. Potissimum autem  
ita vocari solet, quod nos dicimus „Sonnenstäubchen“, id quod Demo-  
critus dixisse videtur, cf. Aristot. π. οὐρ. IV. 6, ubi illius doctrinae  
mentionem facit, p. 313a 20: natare quasdam res propter exigui-  
tatem οἶον ψῆγμα καὶ ἄλλα γεώδη καὶ κονιορτώδη ἐπὶ τοῦ ἀέρος.  
Eodem sensu vocem usurpat Plut. mor. p. 722 A, qui ex Anaxagora  
argumentum nec non ipsam fortasse vocem hausit. Denique Plut.  
mor. p. 695 B de particulis nivis, Longin. frg. 7 (Toup.) apud Euseb.

praep. evang. XV. 21 p. 823B de atomis vocem *ψῆγμα* exhibent, qui quibus ex fontibus hauserint, incertum est. Sim. Hes. *ψῆγμα· ξόσμα ἢ μικρὸν θρόμμα, κλάσμα*, Suid. *ψῆγματα· μικρὰ κομμάτια*. Id vero tenendum est *ψῆγμα* significans particulam corporis minimam vocabulum esse philosophorum peculiare.

Alterius significationis exempla nobis praebet Herodotus, qui *ψῆγμα* vocat aurum a fluviis velut a Pactolo delatum: V. 101 *ἐπὶ τὸν Πακτωλὸν ποταμὸν ὃς σφι ψῆγμα χρυσοῦ καταφορέων ἐκ τοῦ Τιμόλου . . .* Plerumque omittitur *χρυσοῦ*: I. 93 *τοῦ ἐκ τοῦ Τιμόλου καταφερομένου ψήγματος*, II. 125 *ἐς σωρὸν ψήγματος*, eodem sensu III. 94—98 saepius. Satis prope accedit ad hunc usum inscriptio Deli in insula reperta III. saeculi, Bull. de corr. hell. VI (1882), p. 29 (Dittenb. <sup>2</sup> nr. 588) l. 89, 95, 97, 118, 123, 188, ubi frustulae aureae et argenteae rerum pretiosarum, quae fractae et laesae erant, vocantur *ψήγματα χρυσᾶ, ἀργυρᾶ, ἀργυρᾶ ἐπιχρυσᾶ, ὑπάργυρα, παντοδαπά*, cf. Bull. l. c. p. 134. Apud reliquos quoque scriptores *ψῆγμα* auri ramentum est, velut Eubulus, cum fingat in Hymetto arenam auream ortam esse, dicit frg. 20 (Kock II. 172, Mei. III. 215) *ὡς χρυσοτεύκτου ψήγματος πεφηγηότος*. Neque aliter recentiores voce usi sunt Luc. Gall. 16, Plut. Dem. 4, Diodor. 2. 50. 1 saep. Huic denique usui addendus est locus Aeschyleus, nam cum reliquiae heroum cum thesauro auri comparentur, etiam voce *ψῆγμα* nullo modo quodlibet, sed auri ramentum indicatur.

*ψῆγμα*, quod a quovis homine Graeco formari poterat, apud Iones peculiarem aurei ramenti sensum accepit, quibus certe genuinum significatum non ignotum fuisse philosophorum testimoniis supra allatis comprobatur. Hunc igitur usum peculiarem una cum re recepit Eubulus recentioresque scriptores, verum etiam apud Aeschylum vox Ionica putanda est, cum is significationem secundariam recipiens cum Herodoto plane consentiat.

#### ΑΜΦΙΔΕΞΙΟΣ.

Aesch. frg. 240 metr. inc. ex Hesychio: *ἀμφιδεξιῶις χερσὶ· ταῖς τῶν τοξοτῶν διὰ τὸ ἐκατέραν χεῖρα ἐνεργεῖν ἐν τῷ τοξεύειν. Διοσχύλος Τηλέφω. frg. 266. 2 trim. apud Stob. Flor. 125. 7 καὶ τοῦς θανόντας εἰ θέλεις εὐεργετεῖν | εἴτ' οὖν κακουργεῖν ἀμφιδεξίως ἔχει | τῷ μήτε χαίρειν μήτε λυπεῖσθαι φθιτούς*. Illo loco sensu primario vox ponitur pro „ambidexter“, hic seu trite seu metaphoricè pro „anceps, par in utramque partem“. Item vox apud reliquos tragicos



poetas metaphorice usurpatur servato sensu „par in utramque partem“. Soph. Oed. tyr. 1243 trim. κόμην σπῶσ' ἀμφιδέξιους ἀκμαῖς. Oed. Col. 1112 trim. ἐρείσας' . . πλευρὸν ἀμφιδέξιον | ἐμφύντε τῷ φύσαντι. Eurip. Hipp. 780 trim. ἀμφιδέξιον σίδηρον. frg. trag. adesp. 355. 2 trim.

⟨A⟩. πρὸς θῆλυ νέυει μᾶλλον ἢ ἐπὶ τᾶρσενά;

⟨B⟩. ὄπον προσῆν τὸ κάλλος, ἀμφιδέξιος.

In pedestri oratione extat apud Hippocratem, ἀφ. VII. 43, L. IV. 588. γυνή ἀμφιδέξιος οὐ γίνεται. Quae verba per se obscura Baccheus apud Erotianum, p. 43. 3 sic explicat:

Βακχεῖός φησιν ἀμφοτεροδέξιος, ὡς ἀμφήκης ὁ ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένος. σαφές δ' αὐτὸ ποιεῖ ὁ Εὐριπίδης ἐν Ἰππολύτῳ (vide supra) λέγων ἀμφιδέξιον σίδηρον ἀντι τοῦ ἐκατέρωθεν τέμνοντα. ὁ δὲ Ἰπποκράτης οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀμφήκους, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ εὐχρηστοῦ τίθεται κατ' ἀμφοτέρω τὰ μέρη. διδάσκει δὲ καὶ ὁ ποιητὴς τὸ μὴ καθ' ἐν μόνον μέρος εὐχρηστον περιδέξιον λέγων. (Φ 163.) ἦρωος Ἀστεροπαῖος, ἐπεὶ περιδέξως ἦεν. ὁμοίως καὶ ὁ Ἰπποκράτης (frg. 83. 2) φησιν· ἀμφιδέξιος γὰρ εἰμι κοῦχ ἀμαρτάνω κόπτων. μέμνηται καὶ Ἡρόδοτος τῆς λέξεως· (V. 92 ε.) <Κυρῆλω ἐγένετο ἀμφιδέξιον χρηστήριον ἐν Δελφοῖσι>. δεῖ οὖν ἀκούειν τοῦ Ἰπποκράτους λέγοντος, ὅτι γυνή κατ' ἀμφοτέρω τὰ μέρη τοῦ σώματος οὐκ ἔστιν εὐχρηστος. οὐ γὰρ εὐχρηστος ἐν τῷ ἐνεργεῖν ἔστι, καθάπερ πολλοὶ τῶν ἀνδρῶν. ὁ δὲ Γλαυκίας φησὶν, ὅτι τὸ ἀμφιδέξιον οὕτω χρῆ ἀκούειν, ὡς εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῆς ὑστέρας οὐ γίνεται γυναικεῖον σῶμα διὰ τὸ τὰ μὲν ἄρρενα ἐν τοῖς δεξιῶις, τὰ δὲ θήλεια ἐν τοῖς ἀριστεροῖς. πλήν οὐκ ὀρθῶς ἀπεφήνατο. πῶς γὰρ ἦν δίδυμα ἢ τρίδυμα γεννᾶν τὴν γυναῖκα;

Quomodo mulier possit vocari „par in utramque partem“, iam antiquis dubium fuit, cf. Sext. adv. log. I. 50, Plut. mor. p. 905 E, aliter Galen. tom. XVIII. 1 p. 147 (Kühn) in comm. ad loc. Hippocr. et in lex. Hippocr. Id pro certo cum Baccheo statuimus vocem ἀμφιδέξιος tralate significare εὐχρηστον κατ' ἀμφοτέρω τὰ μέρη.

Vox in hexametro locum non habet propter mensuram, quare Homerum minus accurate περιδέξιος dixisse putant. Quod vocabulum ceteroquin aut μάλα δεξιόν significat, velut Aristoph. nub. 949 chor. νῦν δεῖξτον τὰ πισύνα τοῖς περιδεξιῖοισι λόγοισι καὶ φροντίσι . . . aut id, quod περὶ τῆ δεξιᾶ geritur, armillam, ut LXX. Exod. 35. 22, Num. 31. 50, Ies. 3. 20, Flind. Petrie Pap. II, prooem.

p. 23 l. 24 add. ad I. 12 (III. saeculi a. Chr. n.) vide Deissmann, Bibelstud. p. 148. Apud Homerum autem περιδέξιος non μάλα δεξιός explicandum esse, id quod interpretum pars voluit, ideo quod praepositio περι nusquam alibi in utramque partem significaret<sup>1)</sup>, sed revera idem valere atque „ambidexter“, recte Baccheus, Buttmannus alii inde concluderunt, quia Asteropaeus duabus hastis iaculatur.

Quocum convenit, quod ubicumque a poetis recentioribus περιδέξιος de ambidextro dicitur, vox ex Homero hausta videtur esse, cf. Callim. frg. 303. 5, anth. Pal. XII. 247 al. Dubium autem non est, quin etiam Homeri aetate ἀμφιδέξιος ambidexter fuerit, ut Hipponax voce utitur; tralate eam exhibet Herodotus de oraculo ancipiti.

Neque ignota Cypriis vox fuit, quibus deus colebatur Ἄμφιδέξιος, qui ambidexter putabatur (cf. Hoffmann, gr. Dial. I, p. 73, nr. 137, Usener, Mus. Rhen. 58, p. 346).

Scriptores vere Attici vocem vitant; sed Aristoteles ea sensu genuino utitur p. 497 b 31, 958 b 20, 1134 b 34, 1194 b 34, 1274 b 13, cf. Pollux II. 159 ἀμφιδ. ὁ ταῖς δυοῖν χειρῶν ἐνεργῶν δεξιῶν. Tralate dixit Polemon apud Ath. XV, p. 698 B παλζειν ἀμφιδέξιος.

Eodem sensu, quo περιδέξιον in usu fuisse iam cognovimus, in titulo Attico ἀμφιδέξιον usurpatur CIA. III. 1 add. 238 b inter dona Asclepio oblata: (ὁ δεῖνα) [ἀμ]φιδέξιν [. . . dedicat, cf. Hes. ἀμφιδέξια· ψέλ(λ)ια, quod iniuria temptarunt, cf. notam M. Schmidtii. ἀμφιδέξιος „ambidexter“ iam evanuerat illa aetate, nam testimonia rara sunt et ad antiquiorum scriptorum imitationem redire videntur, velut Luc. Iupp. trag. 48 ἀμφιδέξιον ἔπος ad Herod. V. 92. Notio ambidextri nova voce exprimitur, „ἀμφοτεροδέξιος“ apud Baccheum Erot. p. 43. 3, LXX iudic. 3. 15, 20. 16, recc. saepius.

Haec fere de voce ἀμφιδέξιος<sup>2)</sup> eiusque gente traduntur. Primo obtutu videmus vocem et proprie et tralate usurpari ab Ionibus,

---

<sup>1)</sup> cf. Buttmann, lexil. II. 219. Apoll. lex. Hom. s. v. περιδ. οἱ μὲν περισῶς δεξιὸς περι τὴν τοῦ δόρατος βολήν, οἱ δὲ κατ' ἀμφοτέρων τῶν χειρῶν ὡς τῇ δεξιᾷ βάλλων, item apud Hesych. s. v. περιδ.

<sup>2)</sup> ἀμφαρίστερος, oppositum vocis ἀμφιδέξιος, nunquam in usu fuit. Exhibet vocem Aristophanes in frg. 512 (Kock I. 523, Mei. II. 1156) tradito apud Galenum, vol. XVIII. 1 p. 147 (Kühn) et Phrynichum, Bekk. anecd. p. 31. 30. Is autem addit: σκωπτικὸν πᾶν τὸ ὄνομα. Ad Aristophanem redit Pollux II. 160 τὸ γε μὲν ἀμφαρίστερον Ἀττικόν.

item in vetustiore lingua communi. Apud Atticos autem scriptores prorsus deest, nisi quod tragici poetae et proprie et tralate ea utantur.

Quae cum ita sint, Rutherford, n. Phr. p. 14 vocem ἀμφιδέξιος priscam Atticam fuisse contendit, quod facile ei concederemus, si apud tragicos poetas primario tantum sensu legeretur, aut tralato quodam, qui necessario ex primario deduceretur, id quod de significatione „par in utramque partem“ nemo est, quin credat, etsi illa a sensu primario non multum abest. Simul autem idem plane usus apud Iones valet, quare multo verisimilius videtur esse tragicos eam et primario et tralato sensu ab Ionibus accepisse.

#### ΑΜΦΙΛΑΦΗΣ.

Ag. 1015 (970) chor. δόσις ἀμφιλαφής. Choeph. 331 (322) chor. γόος ἀμφιλαφής.

Usum et sensum optime ex Herodoto percipimus: IV. 172 φοίνικες ἀμφιλαφεῖς „arbores, quae latis ramis umbram diffundunt“. IV. 50 χιῶν ἀμφιλαφής „lata nix“. IV. 28 βρονταὶ ἀμφιλαφεῖς „ingentes tempestates, quae undique tonant“. III. 114 ἐλέφαντες ἀμφιλαφεῖς „multi elephantes gregatim“ vel „elephantes immensi magnitudine“. Sicut Aeschylus habet vocem etiam Pindarus Ol. IX. 82 ἀμφιλαφής δύναμις. Et Plato similiter Herodoto IV. 172 dicit Phaedr. 230 D: πλάτανος αὐτὴ μάλ' ἀμφιλαφής.

Neque etiam rara vox est apud Alexandrinos et recentiores poetas, ubi significat aut latum aut amplum, velut Theocr. XIV. 46 ἀ. παστάς, Ap. Rhod. IV. 983 νήσος, Callim. Ap. 42 τέχνη ἀμφιλαφής, Dian. 3 χορός, Cer. 27 ἄλλος.

Frequens est hoc sensu etiam apud scriptores pedestris sermonis artificiosioris Plut. Luc. Ael. Philostr. et sim. cf. Ruhnken ad Tim. p. 268. Boissonade ad Philostrati Heroic. p. 733. Eiusdem farinae est sap. Sal., ubi quod legitur 17. 18 περὶ ἀ. κλάδους ὀρνέων ἦχος, inde ab Herodoto et Platone saepissime decantatum paene in proverbium abiit, v. anthol. Pal. VI. 170, Ap. Rh. II. 733, [Hippocr.] ep. XVII. 6, Aristaen. I. 3 al. Q. Ciceronis proprium videtur fuisse ἀμφιλαφία „copiositas“, v. Cic. ad Quint. frat. II. 6. 3: ἀ. autem illam, quam tu soles dicere . . . Redit non ante Byzantinorum aetatem.

Significatio his testimoniis satis collustrata est, neque de veriloquio nos quidem dubitamus, cf. Curtius, Griech. Etym.<sup>5</sup> p. 531

et Prellwitz et. Wörterb. s. v. *λάφυρον*: ἀμφιλαφής est „umfassend“, sicut verbum ἀμφιλαμβάνειν ex Hippocrate π. ἄρθρ. ἐμβ. 37, II. 157. 6 Klw. notum est. Radix est labh-. Quam originatiōnem cur repudiet Leo Meyer, gr. Etym. I, p. 248, negans -λαφεσ- adhuc explicatum esse, non video. Ex illa primaria significatiōne reliquae facillime derivantur: umfassend — weit — breit — umfangreich — zahlreich sim. Usus vocis iisdem fere finibus circumscriptus est atque vocis ἀμφιδέξιος: proprie et tralate occurrit apud Iones, item apud tragicos et Pindarum, non apud Homerum, non apud Atticos, nam Plato imprimis in Phaedro magis poetice loquitur, quam ut Atticae consuetudinis testis incorruptus sit. Quae cum ita sint, vocem inter Ionicas ponendam duximus iis causis commoti, quas exposuimus s. v. ἀμφιδέξιος. Ne quis vero ex mensura dubitationem moveat, quia - ο ο - revera in iambo dici nequeat, talis vocis locus in epodis fuit, cf. Archil. frg. 84 sqq.

#### METAIΧΜΙΟΣ.

Sept. 197 (179) trim. ἀνὴρ γονή τε χῶτι τῶν μεταίχμιον „vir mulierque et si quid in medio est“, cf. schol. κενιδόνονται . . . τὸ μεταίχμιον κτλ. Choeph. 63 (57) chor. ἐν μεταίχμιῳ σκότου μένει. ibid. 589 (575) chor. πεδαίχμιοι λαμπάδες πεδάοροι. His quoque locis μεταίχμιος est „in medio“, plane neglecta vocis etymologia. Quam stricte sequitur Eurip. Phoe. 1240, 1279, 1371, Heracl. 803 trim. ubi μετ. significat „inter exercitus“. Detrite exhibet vocem Lycophr. Al. 443 trim. ἐν μεταίχμιῳ . . . ἀγῶν ἡρίων „inter sacros tumulos“. ibid. 1435 trim. πολλοὶ δ' ἀγῶνες καὶ φονοὶ μεταίχμιοι, quod paraphr. explicat ἐν τῷ μεταξύ.

Atticis vox plane ignota est. Servatur autem in iambo adesp. 20, Bergk, lyr. poet. <sup>3</sup> III, p. 1326 apud Cic. ad Att. VI. 3 init. πολλὰ δ' ἐν μεταίχμιῳ | Νότος κυλινδει κύματ' εὐρείης ἁλός. Praeterea apud Herodotum haud semel: VI. 77 μεταίχμιον οὐ μέγα ἀπολιπόντες (Argivi) ἕζοντο ἀντίοι τοῖσι Λακεδαιμονίοισι. VI. 112 ἦσαν δὲ στάδιοι οὐκ ἐλάσσονες τὸ μεταίχμιον αὐτῶν ἢ ὀκτώ (inter Athenienses et Persas). VIII. 140 β δειμαίνω ὑπὲρ ὁμέων ἐν τριβῶ τε μάλιστα οἰκημένων τῶν συμμάχων πάντων αἰεὶ τε φθειρομένων μούνων ἐξείρετον μεταίχμιόν τε τὴν γῆν ἐκτημένων (inter Persarum regnum et Atticam). Atque prioribus duobus locis sensu primario vox legitur „inter arma“ sive „inter exercitus“. In iambo autem illo et Herodoti tertio loco plane contritum est neque aliud significat

nisi μεταξύ. Eodem sensu extat apud Aristot. d. partt. anim. 14, p. 676 a 2 τότε γὰρ ἤδη μεταίχιμιον γίνεται τῶν τόπων ἀμφοτέρων, ut paulo ante μεταξύ dixerat, et posteriores velut Luc. amor. 40, Plut. Brut. 48, schol. Aesch. Sept. 763 (746)<sup>1)</sup>.

Res igitur eadem est atque in vocibus ἀμφιδέξιος et ἀμφιλαφής. Apud Iones vox proprie et tralate usurpatur, apud Atticos omnino non nota est, tragoedia usum sequitur Ionum. Quem consensum vix quisquam contendat fortuitum esse. Quare vox propter causas supra indicatas (p. 46 sq.) Ionibus tribuenda videtur esse.

### ΠΑΛΙΓΚΟΤΟΣ.

Suppl. 376 (361) trim. ἄγος μὲν εἶη τοῖς ἐμοῖς παλιγκότοις. ibid. 571 (549) trim. τί τοὺς ἀναλωθέντας ἐν ψήφῳ λέγειν | τὸν ζῶντα δ' ἀλγεῖν χρὴ τύχης παλιγκότου. Ag. 863 (827) trim. γυναῖκα . . . πολλὰς κλύουσαν κληδόνας παλιγκότους. ibid. 874 (838) trim. τοιῶνδ' ἕκατι κληδόνων παλιγκότων. Eurip. frg. 572 trim. ἐν ἐστὶ πάντων πρῶτον εἰδέναι τουτί, | φέρεω τὰ συμπύπτοντα μὴ παλιγκότως. Ex his testimoniis quasi elucet vocem παλιγκοτος in tragoedia simpliciter „adversarium“ significare.

Atticorum sermoni familiari vox ignota fuisse videtur; nam Aristoph. Pac. 390 μὴ γένη παλιγκότος ἀντιβολοῦσιν ἡμῖν in choro dicit et Antiphon sophista frg. 131 (Blass, p. 143. 2) φέρε δὴ, μὴ τὰ παλιγκοτα λέγωμεν etiam alias voces ab Atticorum sermone alienas (ἀπαρτιλογία, ἀμαυρός) exhibet.

Ex poetis vetustioribus habet

Archil. frg. 87. 2

ὄργῃς ἴν' ἔστ' ἐκεῖνος ὑψηλὸς πάγος  
τρηχὺς τε καὶ παλιγκοτος.

Sappho frg. 72 (etym. magn. 2. 43)

ἀλλὰ τις οὐκ ἔμμι παλιγκότων  
ὄργαν, ἀλλ' ἀβάκην τὰν φρέν' ἔχω.

Pind. Nem. IV. 96

μαλακὰ μὲν φρονέων ἐσλοῖς,  
τραχὺς δὲ παλιγκότοις ἔφεδρος.

id. Ol. II. 20

πῆμα θνᾶσκει παλιγκοτον δαμασθέν.

1) De forma recentiore μεσαιχιμιος et μεσαίχιμιον Hesych. cf. Lobeck ad Phryn. p. 194 sq.

Maxime vero in usu est apud pedestris orationis scriptores Ionicos: Herod. IV. 156 *μετά δὲ αὐτῷ τε τούτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις Θηραίοισι συνεφέρετο παλιγκότως* „postea illi ipsi ceterisque Theraeis adverse accidit“, nec vero vertendum est, id quod Schweighäuser in lex. Herod. p. 279 fecit, „nova mala in eos incubuerunt“, ut ex contextu facile cognoscitur. Apud Hippocratem *παλιγκοτος* eum statum morbi indicat, ubi periculum imminet. Repetitionis vis ne his quidem locis inest, de qua grammatici verba faciunt, cf. Erot. p. 106. 8 *παλιγκοτωτάτοις φιλυποστρόφοις νοσήμασι* ad *ἐπιδ. β' II. 24, L. V. 96: βραχὺν δὲ τι τουτέων τοῖσι παλιγκοτωτάτοισι κρόταφοι θερμοί*; vide Galen. vol. XVIII. 2 p. 464 (Kühn) *τὰ κακοήθη παθήματα παλιγκοτα καλεῖ καὶ τὸ παλιγκοταίνειν τὸ οἶον πάλιν κακοηθεύεσθαι*. Similiter Hippocr. *ἐπιδ. δ' 20, L. V. 160 ὁ ἀπὸ τοῦ κερამέου ἵπνον καταπεσών, ᾧ οὐ προσεβλήθη ἀντίκα σικύη, ἐκάνθη ἔσω, καὶ εἰκοστῇ ἐπαλιγκότησεν*, item *γυν. β' 171, L. VIII. 350*. Imprimis in fracturis, cum tertio vel quarto die ingravescant, *παλιγκότησις* vocatur: *π. ἀρθρ. ἐμβ. 67 II. 220. 3 Klw. τεταρταῖα γὰρ ἰόντα ἐπισημαίνει τῆσι παλιγκοτήσι μάλιστα*; simil. *μοχλ. 30—31, II. 261. 21, 262. 3. 21 Klw, π. ἀρθρ. ἐμβ. 27, II. 145. 7 Klw, π. ἄγμ. 11, II. 65. 19, 22, 66. 5, 8 Klw*.

Mature autem intermortuum videtur fuisse vocabulum neque in *κοινήν* receptum. Nam quod poetae Alexandrini, Theocr. 22, 58, Mosch. 4. 92 al. eo utuntur, imitationem veteris poesis prodit.

*παλιγκοτος*, ut videre licet, in usu est apud Iones et tragicos nec non lyricos poetas. Ex iis autem, quae de veriloquio disputaverunt (Prellwitz, etym. Wörterb. s. v. *παλιγκοτος* et *κότος*, L. Meyer, gr. Etym. I, p. 315 s. v. *ἀλλόκοτος*) dubium non est, quin sit *πάλιν κότος*, etsi nusquam revera significat „iterum iratus“<sup>1)</sup>, sed simpliciter „adversarius“. Notionem igitur repetitionis usu perpetuo plane periisse videmus, cf. Suid. *παλιγκοτος ὀργίλος, στυγνός, φοβερός, ἐναντίος κτλ.* sim. Hesych. Ideo, quod etiam in hoc vocabulo sensus peculiari modo<sup>2)</sup> mutatus est, vocem, cum in usu fuerit apud Iones et tragicos lyricosque poetas, Ionicae consuetudini vindicamus.

<sup>1)</sup> Lexica interdum hanc versionem praebent, cuius fons sola grammaticorum veterum doctrina est (Erotian. Galen. Suid.). Scriptorum loci eam satis refutant.

<sup>2)</sup> Simili ratione in Germana lingua „wieder“ (iterum) factum est „wider“ (adversus), quae una eademque vox est. *πίλιν* in Graeco sermone nusquam alibi sensum contrarii praebere videtur.

**ΧΕΙΡΩΝΑΞ, ΧΕΙΡΩΝΑΞΙΑ.**

cf. Wittekind, p. 28.

Prom. 45 trim. ὃ πολλὰ μισηθεῖσα χειρωναξία. Choeph. 761 (742) trim. διπλᾶς δὲ τάσδε χειρωναξίας ἔχουσα. Est autem altero loco munus Hephaesti Prometheum vincere iussi, altero nutriticis Orestae. Soph. frg. 760 trim. πᾶς ὁ χειρῶναξ λεῶς de fabris dictum, cf. Hes. χειρῶναξ λεῶς ὁ χειροτέχνης et Poll. II. 151 καὶ χειρῶνακτες παρὰ Σοφοκλεῖ. Eurip. frg. 795. 3 trim. οὐ τῶνδε χειρῶνακτες ἄνθρωποι λόγων sc. oraculorum. Lycophr. Al. 521 trim. χειρῶνακτες ἐργάται διπλοῖ . . . ἐλατύπησαν de Apolline et Neptuno.

Apud Atticos scriptores vox non legitur ideoque a grammaticis repudiatur (cf. infra).

Contra apud Iones perquam usitata est. Herod. I. 93 ἐξεργάσαντο δὲ μιν (χῶμα γῆς) οἱ ἀγοραῖοι ἄνθρωποι καὶ οἱ χειρῶνακτες καὶ ἐνεργαζόμενοι παιδίσκαι. II. 141 χειρῶνακτας καὶ ἀγοραίους ἀνθρώπους. II. 167 ὀρέων καὶ Θρηῆας . . . τοῦς δὲ ἀπαλλαγμένους τῶν χειρωναξιών γενναίους νομίζοντες εἶναι. Oppositi sunt οἱ τὰς τέχνας μανθάνοντες. Hippocrates eodem sensu de fabris π. ἄρθρ. ἐμβ. 53, II. 193. 18 Klw. χειρῶναξι ἄρα τοῦτοιςι χρέονται i. e. Amazones viris. Et π. καρδ. 8, L. IX. 86 καίτοι δοκέω τὸ ποίημα (τὰ „οὐατα“ τῆς καρδίας) χειρῶνακτος ἀγαθοῦ. „Medicus“ significatur π. διαίτ. δξ. 8, I. 113. 5 Klw. ὥστ' εἰ ἐν γε τοῖσιν ὀξυτάτοιςι τῶν νοσημάτων τοσόνδε διοίσοουσιν ἀλλήλων οἱ χειρῶνακτες (= οἱ ἱατροί). Item ibid. 44, I. 131. 14 Klw. τὰ δὲ τοιάδε μάλιστα καθυβρίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Forma singularis χειρωνακται etiam ab Erotiano traditur p. 37. 5 χειρωνακται χειροτέχνη. Significat igitur fabrum, opificem, medicum.

Apud scriptores recentiores legimus [Plat.] Axioch. 368B τὰς χειρωνακτικὰς ἐπέλθωμεν καὶ βαναύσους (i. e. τέχνας vel ἐπιτηδεύσεις), simil. χειρῶναξ Luc. somn. 9, Plut. mor. 802A.

Ad Asiaticam, id est Ionicam originem recedit Aristot. oecon. II p. 1346a 4 de vectigalibus satraparum: ἔκτη δὲ ἡ ἀπὸ τῶν ἄλλων, ἐπιμεγάλαιόν τε καὶ χειρωναξίον προσαγορευομένη. Est igitur pensatio, quae ab opificibus viritim debetur. Gemina significatione ponitur χειρωναξίον in chartis Aegyptiacis maximeque redit in certa formula: κοπής καὶ τριχός καὶ χειρωναξίου Greek Pap.

II. 60. 4, Pap. Berol. II. 617. 3, Amh. Pap. II. 119. 4, Fayûm T. 58. 7, 9, 59. 3, 5. Quibus locis textorum tributum est aliorumque opificum, cf. Grenfell et Hunt, Fayûm towns p. 187 et Wilcken, ostr. Gr. I, p. 321, qui testimonia vocis ex ostracis congessit.

Denique accedunt grammaticorum testimonia, qui uno ore vocem repudiant. Pollux I. 50 τὸ γὰρ χειρογάστορες Ἐκαταῖος λεγέτω καὶ τὸ χειρῶνακτες Ἡροδότῳ δεδόσθω. Sim. VII. 7 τὰ γὰρ . . . χειρῶναξ καὶ . . . ἦττον ἂν τις προσεῖτο. Phryn. in Bekk. anecd. p. 72. 14 χειρῶναξ πολὺ μὲν τὸ χειρῶναξ, τὸ δ' ἔργον οὐχ οὕτως κἂν Αἰσχύλος δόκιμον ποιῆ τὴν φωνήν, quod vix significat χειρῶναξ scribere licere, χειρωναξία autem vulgare esse, sed quod Poll. X. 180 dixit πολλή ἢ χρῆσις, ut vocem vulgarem esse indicet, idem valet τὸ πολὺ μὲν.

Iam videre licet χειρῶναξ eiusque derivata in usu fuisse et apud Iones et in tragoedia et in communi lingua, Atheniensibus vero poetisque vetustioribus non solum ignota est, sed ne unquam quidem illis in usu fuisse eo comprobatur, quod tragici et recentiores scriptores vocem non exhibent, nisi eodem sensu plane detrito, quem apud Iones acceperat. \*χειρο-αναξ enim ab origine est is, qui manuum suarum compos est, usurpatur autem de eo, quem nos dicimus „Handwerker“. Ac ne quis miretur medicum vocari χειρῶνακτα, memor sit χειροουργίας, quo nomine aetate recentiore eadem ars antea χειρωναξία appellata vocata est.

Accedit, quod forma vocis Attica non videtur esse, nam \*χειροφάναξ f. expulso contractum est in χειρῶναξ, cf. Kretschmer, Vaseninschr. p. 143sq. velut Athenienses pronuntiabant χράνη \*χοφάνη, Iones χώνη, vide Moeris, p. 101 χώνη Ἑλληνιστί.

#### APXHΘEN.

cf. Wtekind p. 50, Rutherford n. Phryn. p. 21 et 177.

Aesch. frg. 416, haustum ex συναγωγ. λέξ. χρῆς. in Bekk. anecd. p. 450. 4 ἀρχῆθεν οὐκ ἔστι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς πλὴν παρ' Αἰσχύλῳ παρ' Ἡροδότῳ δὲ ἔστι καὶ τοῖς Ἴωσι. Accedit Sophoclis frg. 122. 3 trim. apud Hesych. s. v. κούρειον valde corruptum βρότειον ἀρχῆθεν γέρος. Ceteroquin vox apud Atticum neque poetam nec rerum scriptorem neque oratorem reperitur. Contra Pindarus, Aeschyli aequalis, ea utitur Ol. IX, 55 πρόγονοι ἀρχᾶθεν Ἰαπετιονίδος φύτλας κοῦροι; Isthm. III. 25 (IV. 7)



τιμάεντις ἀρχᾶθεν λέγονται. In aperto igitur est vocis genuinum sensum „ab initio“ servatum esse, poni autem eam detritius loco adverbii.

Floruit in pedestri oratione apud Iones, quorum in litteris et Herodotus et Hippocrates exempla satis multa nobis praebent. Herod. I. 131 *τούτοισι μὲν δὴ θύουσι μούνοισι ἀρχῆθεν*. II. 138 *τοῦ δ' ἱροῦ οὐ κεκινημένον ὡς ἀρχῆθεν ἐποιήθη*. Non aliter ponitur III. 25, V. 18, VII. 104, VIII. 22, 142. Hippocr. *ἐπιδ. f' VII. 5, L. V. 340 καὶ τὸ ἔλκος ἀντὶ τῆς κενώσιος θάλλειν ἀρχῆθεν*. His locis eadem, quam supra descripsimus, significatione usurpatur.

Tum in lingua communi frequens est inde a Polybio velut I. 50. 2 et al., etiam in vetere testamento III. Macc. 3. 21, reg. IV. 19. 25, ubi servatum in codice Alexandrino deest in vulgata. Multa praeterea exempla attulit Lobeckius ad Phryn. p. 93. Non mirum igitur est, quod ab Atticistis notatur Phryn. ecl. 75 p. 176 Rutherford. *ἀρχῆθεν ποιηταὶ λέγουσι, τῶν δὲ καταλογάδην δοκίμων σὺδέεις, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς*. Hanc eandem doctrinam invenies in Phrynichi apparatu sophistico, Bekk. anecd. p. 7.

His quae servata sunt testimoniis cognoscitur, quibusnam finibus usus vocis *ἀρχῆθεν* circumscribatur. Floruit enim, etsi propter sonorum rationem apud quamlibet Graeciae gentem potuit formari, cf. reliquas in *-θεν* formationes, apud solos Iones, quorum frequenti usu magis magisque contrita est, velut apud Herodotum III. 80 *φθόνος ἀρχῆθεν ἐμφύεται ἀνθρώπων*. Idem de Pindari locis valet, nec dubium est, quin et Aeschylus et Sophocles Ionicam consuetudinem secuti sint, etsi eorum loci obscuriores sunt. Quod si concedes, vocem inter Ionicas pones.

### APMOI, APMΩI.

Hic aliud adverbium adnectimus, quod eadem atque *ἀρχῆθεν* ratione adverbialem vim cotidiano Ionum usu accepit. Exstat autem in Aeschyli Prometheo 615 (614) trim. *ἀρμοῖ πέπαυμαι τοῦς ἐμοῦς θρηγῶν πόνοους*. Prometheus Ioni negat, quod petiit, cum dicat, se omni modo querendi finem fecisse. Sunt etiam, qui interpretentur *ἀρμοῖ* de tempore = „nuper“ dictum esse; infra de sensu vocis disputabitur.

Vox frequens est apud Hippocratem, cuius locos exscrip-

simus, ut sensus vocis bene percipiatur. π. καρδ. 12, L. IX. 90 ἀλλ' ἀνοίγεται (arteria) μὲν ἐς πνεύμονα, ὡς αἷμα παρασχεῖν αὐτῷ ἐς τὴν τροφήν κλείεται δὲ ἐς τὴν καρδίην οὐκ ἀρμῶ, ὅπως ἐστὴ μὲν ὁ ἀήρ, οὐ πᾶν δὲ πολὺς. De forma ἀρμῶ vide infra. γυναικ. α' 14, L. VIII. 25sq. ἄτε τοῦ στόματος τῶν μητρῶν παρακεκλιμένου ὀλίγον τοῦ αἵδολου ἢ ἀρμοῖ μεμνημένος ἐς τοῦτο, ὥστε χωρέειν μὲν, ἀποφράσσεσθαι δὲ ἀπ' αὐτέων (τὰ ἐπιμήνια). γυναικ. γ' 213, L. VIII. 408 καὶ ἦν μεμνηκὴ τὸ στόμα τῶν μητρῶν πάμπαν οὐδ' οὐτῶ δέχονται οὐδ' ἦν ἀρμοῖ μεμνηκὴ μᾶλλον ἢ δεῖ. . . ἦν δὲ ὀλίγον παρακεκλιμένον ἢ ἢ ἀρμοῖ μεμνηκὴ, χωρέει μὲν τὰ ἐπιμήνια, χωρέει δὲ βιαίως καὶ κατ' ὀλίγον ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. His tribus locis ἀρμοῖ sive ἀρμῶ significat „aliquo modo clausum esse“, quam significationem localem principalem esse consentaneum est. Id quod ἀρμοῖ clausum est, non πάμπαν clauditur et aerem permittit in modum labrorum. Sic interpretatur Erotianus p. 44. 5 ἡσυχῆ vel μικρῶ, id est paululum sc. clausum esse. Accedit locus in γυναικ. α' 36, L. VIII. 88 διαιωμένη δὲ ἢ γυνὴ περιγίνεται, ἦν ἀρμοῖ μελεδαίνηται, cuius sensus fortasse est „si continuo sive ex fundo curetur“ ita, ut cura non interrumpatur.

Restat, ut reliqua testimonia vocis ἀρμοῖ, ἀρμῶ a poetis servata congeramus. Et antiquiorum quidem Pindarus exhibet in frg. 199 ἐλπῖσιν ἀθανάταις ἀρμῶ φέρονται, quod interpretamur „immortali spe perpetuo efferuntur“ (vide infra). [Pherecratis] vero frg. Metall. 111 (Kock I. 178, Mei. II. 306) servatum ab Erotiano p. 44. 5 interpretatione eget ἀρμῶ ἡσυχῆ, μικρῶ ὡς καὶ Φερεκράτης ἐν Μεταλλεύσιν; cod. exhibet ἀρμῶ ἡσυχῆ, μικρῶς. Novum sensum „ἄρτι νεωστὶ nuper“ praetulerunt Alexandrini poetae, quorum quinque testimonia mihi praesto sunt: Theocr. 4. 51 ἄ γὰρ ἄκανθα ἀρμοῖ μ' ᾧδ' ἐπάταξ' ὑπὸ τὸ σφυρόν. Lycophr. Al. 106 Θύσαισιν ἀρμοῖ μηλάτων ἀπάργματα φλέγουσαν ἐν κρόκαισι καὶ Βύνη θεᾶ; ἀρμοῖ φλέγουσαν est, „in ipso sacrificio“. Callim. frg. 230 Schn. ἀρμοῖ παρ Δαναῶν γῆς ἐπι βουγενέων. id frg. Hec. 44 Schn. ἀρμοῖ που κἀκείνῳ ἐπέτρειχεν ἀβροῦς ἰουλος. Simil. Apoll. Rhod. I. 972. ἰσὸν που κἀκείνῳ ἐπισταχῦσεσκον ἰουλοῖ schol. Laur. γράφεται ἀρμοῖ που κτλ.

Haec habemus de voce ἀρμοῖ, quae apud scriptores veteres servata sunt testimonia. Accedunt grammaticorum doctrinae, sed eas, quippe quae inter se non congruant, in fine tractabimus.

Positum igitur in primis sit, quae de veriloquio cognita habemus. Et est quidem nomen notissimum cum apud reliquos Graecos tum apud Athenienses (cf. IG. I. 322) ὁ ἀρμός, quo indicatur commissura seu compago. Eius nominis dativus ἀρμῶ et locativus ἀρμοῖ adverbiali vi instructi de iis rebus adhibentur, quae factae sint in modum commissurae. Hunc originarium sensum solus retinuit Hippocrates, cuius tres priores locos conferas. Tralate autem usurpatur vox apud Hippocratem, Aeschylum, Pindarum, quos tres locos eadem ratione explicandos esse censemus. Ex ipso quidem connexu interpretatio haurienda non est; tamen satis probabile est notionem continuationis et nexus, quae voci ἀρμός significationem compaginis dedit, in adverbio servatam esse, ut res indicetur, quae continua et perpetua sit. Sic quidem supra singulos locos vertere conati sumus. Denique Alexandrini poetae adverbium de temporum connexu (νεωστί) usurpaverunt, ut ex testimoniis elucet allatis.

Quae cum ita sint, non solum concedetur profecto adverbium ἀρμοῖ ἀρμῶ in Ionica loquendi consuetudine non ignotum fuisse, verum etiam, cum Alexandrinorum quoque poetarum proprietates magna ex parte ad Iones recedant, videre licet his non solum sensum originarium et de loco et de tempore usurpatum, sed etiam (ap. Hippocr.) tralatam significationem in usu fuisse. Unde elucet ἀρμοῖ ἀρμῶ adverbialem vim in Ionum sermone cotidiano accepisse. Neque enim Metallicorum auctor priscae Atthidis testis est, cf. Meinekium ad loc., et Aeschylus vocem ab Ionibus mutuatus est.

At aliter veteribus grammaticis res comprobata est, quorum testimonia uberrima concessit et tractavit Ahrens, dial. Gr. II p. 385. Gravissimum est Herodiani in Etym. Magn. p. 144. 19, Herodian. (Lentz) II. p. 478. 23. ἀρμός, ἀρμοῦ, ἀρμῶ· αὕτη ἡ δοτικὴ μετῆλθεν εἰς ἐπιρρηματικὴν σημασίαν καὶ ἐφύλαξεν τὴν αὐτοῦ γραφὴν ὡς ἀρμῶ. σημαίνει τὸ ἀρτίως. ὁ δὲ τεχνικός (Herodianus) λέγει ὅτι παρὰ τοῖς Συρακοσίοις διὰ τοῦ τ γράφεται. ἐκεῖνοι γὰρ ἀρμοῖ λέγουσι κατὰ συστολήν τοῦ ᾠ εἰς τὸ ὀ, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ (sequ. frg. 230) κτλ. Glossa deest in Kaibelii collectione glossarum Italotarum, frg. com. Gr. I. p. 198ssq, quia valde suspecta est, etsi Meinekio firmo documento fuit, cum ad Pherecratis fragmentum supra commemoratum com. frg. II. p. 307 adnotaret Aeschylum fuisse Sicularum formarum studiosissimum. Consentit autem

cum Herodiano Galenus s. v. ἀρμῶς (scr. ἀρμοῖ ὡς)· παραχρῆμα, Δώριος δὲ ἡ λέξις, simil. Eustath. ad Hom. p. 140. 13, Crameri anecd. Oxon. III. p. 397. 8, quos omnes ad Herodiani auctoritatem recurrere verisimile est. Gravissimi igitur momenti erit cognoscere, quid valeat Herodiani testimonium et unde proflexerit. Cuius contraria doctrina servata est in Crameri anecd. Oxon. I. p. 163, ubi de adverbii in ὦ formati disseritur: εἰ δὲ πον περισπασθήσεται τὰ εἰς ὦ, Δωριά ἐστι μόνον οὖν παραφυλακτέον τὸ ἀρμῶ<sup>1)</sup> ὅπερ ἐστὶ καὶ ἀρμοῖ οὐ Δώριον. Quae doctrina recedit ad Apollonium Dyscolum, cuius ex dissertatione περὶ ἐπιρρημάτων conscripta excerpta illa hausta esse in aperto est.

<p>Crameri Anonymus τὰ δὲ εἰς ὦ ἐπιρρήματα φιλεῖ βαρύνεσθαι· σσημεῖωται δύο ἐπισχερῶ καὶ ἰῶ, ὀξύτονα ποιη- τικά.</p>	<p>Apoll. Dyscol. p. 165. 20 Schn. τὰ εἰς ὦ λήγοντα βαρύνεται . . ὥστε ἔνεκα τούτου σημειοῦσθαι τὸ ἐπισχερῶ καὶ ἰῶ.</p>
--	---

Aliter Herodianus his de adverbii disputavit, cf. I. p. 507. 17 (Lentz). Cum autem par sit auctoritas Apollonii et Herodiani, omnia sunt in fonte, ex quo utriusque doctrina proflexit. Atque eum iudicamus esse locum Theocriti supra allatum. Nam constat Herodianum Theocriti carminibus pro fonte dialecti Syracusanae usum esse, cf. Herodian. II, p. 567. 1 (L.), Ahrens l. c. II, p. 25 nr. 20, cum dicat de Apollonio et Herodiano „cautissime Theocriti<sup>2)</sup> auctoritate utuntur.“ Quod ne vituperaveris, dummodo revera cautissime adhibeatur. Sed hoc uno in verbo Herodianus, cum Apollonii patris doctrinam superare studeret, deceptus est, id quod testimoniis a nobis congestis supra iam satis explanatum est. Recurremus ad hanc vocem, cum disputabimus de Siceliotis Aeschylis elementis, nam hac in voce cum Meineckio (vide supra) non consentimus.

### ΑἰΠΟΣ.

Ultimo loco inter Ionica verba liceat apponere, quae de voce αἰπος statuimus. Aesch. Ag. 285 (272) trim. Ἀθῶνον αἰπος, 309

<sup>1)</sup> De forma ἀρμῶ nihil certi statuere possumus; potest esse aut instrumentalis, aut menda aetatis recentioris, nam nisi apud Erotianum loco plane corrupto et anonymum non traditur.

<sup>2)</sup> cf. Kaibel, frg. com. I. 1 gl. 44, qui ad schol. Theocr. III. 52 adnotat παρὰ Συρακουσίων i. e. in Theocriti carminibus, simil. gl. 232.

(296) trim. Ἄραχναῖον αἶπος; Soph. Oed. tyr. 877 chor. ἀκρότατον εἰσαναβᾶσ' αἶπος ἀπότομον; Eurip. Alc. 500 trim. πρὸς αἶπος ἔρχεται, Phoen. 851 trim. αἶπος ἐκβαλὼν ὁδοῦ, cf. Hesych. s. v. αἶπος: κάματος ἢ ἐψηλὸς τόπος ἢ ὑλώδης. Est igitur τὸ αἶπος in tragoedia „mons“, tralate dictum ab Euripide de impedimento atque mora viae. Fortasse etiam Nauckii frg. adesp. 468 apud Steph. Byz. Βαρκαιῶν αἶπος recte tragoediae attribuitur.

Haec vox in pedestri sermone apud solum Hippocratem reperitur, cui usitata est formula πρὸς αἶπος βαλνεῖν seu ὁδοιοπερεῖν seu sim. „in montem ascendere“, velut π. νουσ. β' 51, 52, 70, π. ἐντὸς παύ. 44, L. VII. 78, 80, 106, 276. Tum plane evanuit exceptis recentioribus poetis, qui eam ut raram et poeticam e tragoedia receperunt. Praesto sunt testimonia in thesauro Stephani velut Theocrit. VII. 148, Apoll. Rhod. II. 505, Nicandr. Ther. 214 al. Ex ipso Aeschilo eam hausit schol. Aesch. Prom. 830 (828), cum explicaret αἰπύνωτον παρὰ τὸ αἶπος.

Eiusdem stirpis derivata inde ab Homero in artificiosa Graecorum poesi notissima sunt, conferas αἰπός, αἰπεινός, αἰπύς al. Quae verba, etsi vetustissimis temporibus omnibus Graeciae gentibus communia fuisse putanda sunt, tamen quinto saeculo nusquam usitata fuerunt. Illud igitur αἶπος pro ultimo vestigio accipiendum est, quod stirps illa in sermone populari reliquit. At vero nescio quo casu factum esse possit, ut et Athenienses et Iones ea aetate, qua stirps αἰπύς magis magisque evanesceret, quasi ultima die eandem vocem eodem sensu instructam creaverint; αἶπος enim Homero reliquisque poetis praeter tragicos ignotum est. Quod qui neget fieri posse, concedat αἶπος in tragoedia necessarie ab Ionibus mutuatum esse.

Id revera, quod de viginti vocibus gravissimis causis comprobatum est, aliqua cum veri specie de centum Aeschyli vocibus valet, nec non alias earum vocum molem retractabimus, quae in suspicionem Ionicae originis nobis venerunt. Tamen resistendum est, cuius rei causa in proximo capite demonstrabitur. Huic autem quaestioni finis imponatur, cum quam brevissimis comprehenserimus, quid adhuc profectum sit. Atque comprobatum quidem est exstare in tragica dictione verba haud pauca, quae nata post Ho-

merum per litteras Ionicas ad Athenienses migraverunt. Ansa  
igitur sententiae nostrae sunt, quod et verba illa recentiorem  
originem prae se ferunt et desunt a vulgari Atticorum  
ceterorumque Graecorum praeter Iones sermone. Nec dubium est,  
quin trans mare migraverint per poetas iambographos, velut  
Solon in iambis primus huius imitationis vestigia praebet.  
Verum etiam sermo lyricorum poetarum, qui ex Ionicis urbibus  
prodierunt, Stesichori, Ibyci al. pauca addidit, etsi pleraque cer-  
tissime ab usu trimetri iambici pendent.

---

## Caput II.

### DE IIS VOCIBUS, QUAE PRISCAE ATHENIENSIIUM DIALECTO TRIBUUNTUR.

Iam resistendum nobis est, etsi copiam vocum Ionicarum, quam potuimus, nullo modo persecuti sumus. Ne id quidem contendere licet has, de quibus disseruimus, voces omnes aut plerasque esse, quas in Aeschyli tragoediis iustis de causis Ionum consuetudini attribuas. Revera in memoriam redigimus lectoris, quod initio capituli I disputavimus, cum eas, quibus Ionica dialectus cognoscitur, proprietates divideremus in duas partes et contenderemus eam et prisca retinuisse et nova finxisse (p. 12). Actum iam satis est de novis formationibus et verborum et significationum, quas primum in orienti Graeciae parte factas esse nobis probatum est; silentio autem praeterimus prisca et inveterata elementa, quia nemo est qui doceat, unde possit hauriri cognitionis harum rerum via ac ratio, neque subest in re ipsa momentum, quo ductis nobis contendere liceret hanc vocem obsoletam in tragoedia putandam esse Ionicam, illam Atticam, tertiam epicam. Satis sit nos viginti aut triginta voces comparasse, quas gravissimis de causis Ionicas iudicamus esse. Erraverunt autem, qui ab hoc uno tantum fine profecti totam quandam verborum molem inter Ionica numeraverunt, qua via ingressus Wittekind Sophocli sescenta verba Ionica dedit, etsi nosmet ipsi supra diximus hanc doctrinam veri quandam speciem praebere. Is, ut nostra fert opinio, ultra modum progreditur.

Nam, quis est, qui neget tragicos poetas in componendis tragoediis familiarem sermonem non solum non sprevisse, sed etiam quamvis ornatum et splendore peregrinarum vocum commixtum adhibuisse, eadem ratione ductos, atque reliquos poetas, quorum carmina familiaris sermonis vestigiorum plena sunt? Velut Homeri Aeolica, Ibyci et Stesichori Ionica, Hipponactis Lydia verba in memoriam

redigantur. Quaerat igitur quispiam, num eadem, qua adhuc ingressi sumus, via ea tragici sermonis elementa congerere possimus, quae reliquis Graecorum gentibus ignota usitata sint Atheniensibus.

At ea cum in omni tragoedia perrara, tum apud Aeschylum vix unquam legis. Unicum fere, quod mihi praesto est, exemplum exstat in Eumenidibus 580 (570) trim. seq. *εἰσάγω δὲ τὴν δίκην*, ubi verbum *εἰσάγω* more Attico in causa Orestae ponitur, ita ut oratores dicere solent velut Demosth. 21. 47 *οἱ θεσμοδέται εἰσαγόντων εἰς τὴν ἡλιαίαν* sc. *τὴν γραφήν*, cf. Aristoph. vesp. 826 al. Neque etiam eodem loco is, qui accusat, *ὁ διώκων* vocatur, nisi in modum forensis Atheniensium consuetudinis, cuius rei testimonia apud oratores Atticos et in Aristophanis vespis innumerabilia invenies. Exstat quidem id verbum eodem sensu instructum bis apud Herodotum VI. 104, 136, sed fortasse ad Atticam consuetudinem recedit, quia de Miltiade Atheniensi dictum est, quare secundum regulam et quasi legem nostram verbum *διώκειν* sensu accusandi usurpatum nec non *φεύγειν* contrario sensu dictum propter singularem significationis mutationem solis inter Graecas gentes Atheniensibus vindicamus. Incredibile quidem non est Herodotum Athenis, qua in urbe versatum eum esse scimus, copiam et ubertatem dictionis auxisse, qua de re nemo adhuc quaesivit.

Haec habemus de vocibus recentioris Atthidis, quae dicamus. Nam plura eius modi versibus inserere Aeschylus non sine causa vitavit, ne sermo humilior et magis comoediae quam tragoediae aptus videretur esse. Transeamus igitur ad ea Aeschyleae dictionis verba, quae Atticae dialecti testibus aut omnino aut plerisque ignota sunt, etsi fidem sententiae nostrae vix quisquam abroget, cum contendamus ea non solum prisca Attica nescio quo tempore fuisse, verum etiam in tragoedia inter prisca Attica putanda esse. Varias autem sunt causae, a quibus iudicium nostrum pendit, quarum gravissimae hae sunt. Primum quidem, quae voces in nominibus vere Atticis servatae sunt, certe aliquando in Attica usitatae fuerunt. Nonnullae etiam inter vestigia sermonis familiaris antiquioris servantur velut in inscriptionibus et comicorum poetarum fragmentis. Multae deinde primario quidem sensu apud Aeschylum, tralato tantum apud Atticos scriptores usurpantur, unde sequitur Aeschylum vetustioris consuetudinis testem esse. Quenam autem causae in unaquaque voce valeant, in singulis vocibus tractandis adnotabimus.



Gravissimum igitur erit cognoscere, qualis sermo Atheniensium familiaris sexto saeculo fuerit. Qui cum praeter minutissimas fictilis operis inscriptiones perierit, instaurandus nobis est scriptorum auxilio, quorum libri servati sunt, cum non neglegamus praeter exigua Cratini aliorumque fragmenta vetustissimum eorum Aristophanem uno fere saeculo post natam tragoediam vixisse. Cautissime igitur vel ii, qui incorruptae Atthidis testes iudicantur, adhibendi sunt; multo vero est spinosior quaestio et nodosior de incunabulis, ut ita dicam, pedestris orationis, dico cum Antiphontem eiusque aequales, tum Thucydidem. At is, quia in scribendo sermonem sua aetate antiquiorem adhibuisse videtur, minime neglegendus est in reficienda prisca Atthide, id, quod Wittekindius l. c. fecit, ideo quod nemo adhuc est, qui statuerit, quaenam revera elementa essent eius dictionis. Quae cum ita sint, pauca de eo disputationi praemittimus.

Iudicaverunt de Thucydidis arte viri doctissimi, quorum iudicia conferantur Nordenii in libro: Die antike Kunstprosa, Lipsiae 1898, p. 96, Blasii in libro: Die attische Beredsamkeit, Lipsiae 1887, II<sup>2</sup>, p. 210, StahlII in editionis praefatione p. 22, Wackernagelii in libro: Kultur der Gegenwart, I. 8, p. 294. Gravissimum autem mihi videbatur esse Wilamowitzii iudicium, quod in disputatione *περὶ μεταγραφημένων* composita scripsit, Philol. Unters. VII, p. 313: Es ist eine schöne Aufgabe, den Einfluss dieser Sprache (sermonis tragici) auf den Wortschatz und den Stil der Gorgieer (inter quos putandi sunt Thucydides et Antiphon) zu verfolgen. Ihr Ertrag wird unter anderem der sein, dass die Jonismen, . . . als gemeinsames Gut der erhabenen Rede des fünften Jahrhunderts erscheinen, cf. Dielsii commentationem Sitzungsber. d. Berl. Akad. 1884. 1 p. 343 sqq. ad loc. Menonis 76 E de vicissitudinibus inter Gorgiae dictionem et tragicos poetas. Quo quo autem modo res se habet, nostrum non est quaestionem adeo arduam hoc loco quasi ludentes diiudicare, iudicandum tamen nobis de iis disputationibus est, in quibus a viris doctis quaesitum est de copia verborum Thucydidis nec non Antiphontis. Quarum locupletissima est, quam conscripsit O. Diener „de sermone Thucydidis, quatenus cum Herodoto congruens differat a scriptoribus Atticis“, diss. Lips. 1889, singularum vocum memoriam insigni cum industria colligens, quocum libello Wittekindii dissertatio conferatur. Nam hic, cum in examinando et tragico et Hero-

doteo sermone Thucydidis omnino non mentionem faceret, inter Ionicas, quas vocavit, voces 43 Thucydideas inseruit, quos illa certe dissertatione non comprobatur Ionicas esse. De Antiphonte autem eiusque tetralogiis<sup>1)</sup> egit F. J. Brueckner in programme Bautzeniensi, 1887. Horum virorum et superiorum studiis docti sumus plus centum voces in Thucydidis libris legi, quas reliqui, qui vocantur, Attici scriptores aut omnino non adhibeant aut diverso sensu usurpentur, cum eas omnes eodem sensu instructas nobis offerat Herodotus, etiam nonnullas Hippocrates; quae cum ita sint, illud maxime cavendum est, ne imprudenter totam verborum molem hac ratione collectam Ionum dialecto attribuamus, nam in aperto est eum, qui sic quaestionem instituat, saepissime fortuito quodam casu decipi, cf. adnot. Dieneri l. c. p. 31 de voce *ἐνάγειν*, quam is Ionicam iudicasset, nisi eam fortuito semel apud Isaeum legisset. Id solum sine dubio tenendum est inter Herodotum et Thucydidem eiusque aequales vicissitudines quasdam conspici, quas si quis ex communi fonte deducat, non possit non sophistarum eruditionis mentionem facere, ex qua universa quinti exeuntis saeculi eruditio profuit. Plura in hanc sententiam alio loco disputabuntur, cum ad nostram quaestionem solummodo id pertineat Thucydideum sermonem, quamdiu iudicium de eo fluctuat, ita tractandum esse, ut in una quaque voce quam cautissime et acutissime quaeratur, quid ex peculiari natura et omni eius memoria concludi possit de eius origine.

Neque vero negamus inter Thucydidis proprias dictiones esse nonnullas vere Ionicas, velut participium illud loco adiectivi usurpatum *ἰκνούμενος*, Thuc. I. 99: *σὺν ἑταίροις Ἀθηναίων χρημάτων ἐτάξαντο ἀντὶ τῶν νεῶν τὸ ἰκνούμενον ἀνάλωμα φέρει*. Conferas Dieneri p. 34, qui quidem rem non satis ample et copiose tractavit.

Diversae autem condicionis aliae voces videntur esse, quas cum vere Atticas appelles, non decipiaris, velut terminationem 3. pers. plur. perf. pass. in *-αται*, quae vel in titulis Atticis V. saeculi obvia est, cf. Diener, p. 5 sq., Wittekind, p. 17 sq., Meisterhans, Gramm. d. att. Inschr.<sup>3</sup>, p. 166, 5. Voces autem *φερέγγυος*, *πορθμὸς*, *χῶρος* etc. infra tractabuntur Thucydides igitur si non in omni voce, at tamen in plerisque Atticae

<sup>1)</sup> Orationes, quae Antiphontis feruntur esse, non eodem e calamo fluxisse notum est.

Gravissimum igitur erit cognoscere, qualis sermo Atheniensium familiaris sexto saeculo fuerit. Qui cum praeter minutissimas fictilis operis inscriptiones perierit, instaurandus nobis est scriptorum auxilio, quorum libri servati sunt, cum non neglegamus praeter exigua Cratini aliorumque fragmenta vetustissimum eorum Aristophanem uno fere saeculo post natam tragoediam vixisse. Cautissime igitur vel ii, qui incorruptae Atthidis testes iudicantur, adhibendi sunt; multo vero est spinosior quaestio et nodosior de incunabulis, ut ita dicam, pedestris orationis, dico cum Antiphontem eiusque aequales, tum Thucydidem. At is, quia in scribendo sermonem sua aetate antiquiorem adhibuisse videtur, minime neglegendus est in reficienda prisca Atthide, id, quod Wittekindius l. c. fecit, ideo quod nemo adhuc est, qui statuerit, quaenam revera elementa essent eius dictionis. Quae cum ita sint, pauca de eo disputationi praemittimus.

Iudicaverunt de Thucydidis arte viri doctissimi, quorum iudicia conferantur Nordenii in libro: Die antike Kunstprosa, Lipsiae 1898, p. 96, Blasii in libro: Die attische Beredsamkeit, Lipsiae 1887, II<sup>2</sup>, p. 210, StahlII in editionis praefatione p. 22, Wackernagelii in libro: Kultur der Gegenwart, I. 8, p. 294. Gravissimum autem mihi videbatur esse Wilamowitzii iudicium, quod in disputatione *περὶ μεταγραφημένων* composita scripsit, Philol. Unters. VII, p. 313: Es ist eine schöne Aufgabe, den Einfluss dieser Sprache (sermonis tragici) auf den Wortschatz und den Stil der Gorgieer (inter quos putandi sunt Thucydides et Antiphon) zu verfolgen. Ihr Ertrag wird unter anderem der sein, dass die Jonismen, . . . als gemeinsames Gut der erhabenen Rede des fünften Jahrhunderts erscheinen, cf. Dielsii commentationem Sitzungsber. d. Berl. Akad. 1884. 1 p. 343 sqq. ad loc. Menonis 76 E de vicissitudinibus inter Gorgiae dictionem et tragicos poetas. Quo quo autem modo res se habet, nostrum non est quaestionem adeo arduam hoc loco quasi ludentes diiudicare, iudicandum tamen nobis de iis disputationibus est, in quibus a viris doctis quaesitum est de copia verborum Thucydidis nec non Antiphontis. Quarum locupletissima est, quam conscripsit O. Diener „de sermone Thucydidis, quatenus cum Herodoto congruens differat a scriptoribus Atticis“, diss. Lips. 1889, singularum vocum memoriam insigni cum industria colligens, quocum libello Wittekindii dissertatio conferatur. Nam hic, cum in examinando et tragico et Hero-

doteo sermone Thucydidis omnino non mentionem faceret, inter Ionicas, quas vocavit, voces 43 Thucydideas inseruit, quos illa certe dissertatione non comprobatur Ionicas esse. De Antiphonte autem eiusque tetralogiis<sup>1)</sup> egit F. J. Brueckner in programme Bautzeniensi, 1887. Horum virorum et superiorum studiis docti sumus plus centum voces in Thucydidis libris legi, quas reliqui, qui vocantur, Attici scriptores aut omnino non adhibeant aut diverso sensu usurpentur, cum eas omnes eodem sensu instructas nobis offerat Herodotus, etiam nonnullas Hippocrates; quae cum ita sint, illud maxime cavendum est, ne imprudenter totam verborum molem hac ratione collectam Ionum dialecto attribuamus, nam in aperto est eum, qui sic quaestionem instituat, saepissime fortuito quodam casu decipi, cf. adnot. Dieneri l. c. p. 31 de voce *ἐνάγειν*, quam is Ionicam iudicasset, nisi eam fortuito semel apud Isaeum legisset. Id solum sine dubio tenendum est inter Herodotum et Thucydidem eiusque aequales vicissitudines quasdam conspici, quas si quis ex communi fonte deducat, non possit non sophistarum eruditionis mentionem facere, ex qua universa quinti exeuntis saeculi eruditio profuit. Plura in hanc sententiam alio loco disputabuntur, cum ad nostram quaestionem solummodo id pertineat Thucydideum sermonem, quamdiu iudicium de eo fluctuat, ita tractandum esse, ut in una quaque voce quam cautissime et acutissime quaeratur, quid ex peculiari natura et omni eius memoria concludi possit de eius origine.

Neque vero negamus inter Thucydidis proprias dictiones esse nonnullas vere Ionicas, velut participium illud loco adiectivi usurpatum *ἰκνούμενος*, Thuc. I. 99: *σὺν ἑταίροις Ἀθηναίων χρημάτων ἐτάξαντο ἀντὶ τῶν νεῶν τὸ ἰκνούμενον ἀνάλωμα φέρει*. Conferas Dieneri p. 34, qui quidem rem non satis ample et copiose tractavit.

Diversae autem condicionis aliae voces videntur esse, quas cum vere Atticas appelles, non decipiaris, velut terminationem 3. pers. plur. perf. pass. in *-αται*, quae vel in titulis Atticis V. saeculi obvia est, cf. Diener, p. 5sq., Wittekind, p. 17sq., Meisterhans, Gramm. d. att. Inschr.<sup>3</sup>, p. 166, 5. Voces autem *φερέγγυος*, *πορθμός*, *χῶρος* etc. infra tractabuntur Thucydides igitur si non in omni voce, at tamen in plerisque Atticae

<sup>1)</sup> Orationes, quae Antiphontis feruntur esse, non eodem e calamo fluxisse notum est.

consuetudinis testis videtur esse, quantumvis differat a dictione oratorum.

Priusquam ipsam rem aggredimur, nominandus est W. Schulze, qui de prisca Atthidi nuper iudicium fecit gravissimum, cum Kretschmeri librum de operis fictilis inscriptionibus conscriptum tractaret Gött. gel. Anz. 1896, p. 228sq. Imprimis quae p. 251 sq. disputavit, in quaestionem nostram cadunt: die attische Töpfersprache . . repräsentiert für uns eine nicht unwesentlich altertümlichere Stufe der Entwicklung als das Attische der klassischen Literatur und steht dem Jonischen, das derselben Wurzel entsprossen, deshalb noch um einen Schritt näher. Legit enim in vasis Atticis *τοι* pro *σοι*, *μετά* pro *εἴτα*, *κάρτα*, *πέσωμα*, quas voces adhuc non erat, quin Ionicas putaret. Huius viri docti sententia per se dubii plena<sup>1)</sup> a nobis omni modo fulciatur eodem modo atque illa nostrae quaestioni fundamento est, ut speremus certi aliquid nostra quaestione statui posse, dummodo materiam et quasi investigandi supellectilem et undique et accuratissime conquiramus. Utrum autem verba prisca Attica revera in tragoedia fuerint Attica an ex veteris poeseos verborum thesauro a tragicis poetis hausta sint, hanc quaestionem plane missam fecimus, quia ea nec dubia est et si quid habet dubii, non necessaria.

### ΠΑΓΟΣ.

Initium capiamus a voce *πάγος* „mons, collis“, cuius memoria minime ambigua, sed in omni parte dilucida est, cf. Rutherfordii hac de voce iudicium, new Phryn. p. 12, adnot. 3.

In Homeri Odyssia legimus ε 405 *ἀλλ' ἀκται προβλήτες ἔσαν σπιλάδες τε πάγοι τε* „sed rupes eminentes erant et scopuli et saxa“, item ε 411 *πάγοι ὄξέες* cf. Hesych. s. v. *πάγοι αἱ ἐξοχαί τῶν πετρῶν καὶ τῶν ὄρῶν*. Neque aliter sensit Hesiodus, cum diceret scut. 439 *πάγος δέ οἱ ἀντεβόλησεν ὕψηλός* „cadenti saxo obvius fuit collis“. Etiam Archilochus vocem isdem fere epithetis ornatam induxit frg. 87. 1 *ὕψηλός πάγος τρηχός τε καὶ παλλυκοτός*. Tum Pindarus tragicique poetae eam exhibent, velut ille collem Olympiae notum vocat Ol. X. 49 *πάγος Κρόνου* et de plana

---

<sup>1)</sup> Nonne „Ionica“ illa verba simili ratione atque formae verborum Doricae in inscriptiones vasorum illata fuisse possunt?

via dicit Isthm. II. 33 οὐ γὰρ πάγος. Deinde Aeschyli Supplices sedent in loco edito Suppl. 189 (179) trim. *πάγον προσίξεν τῶνδ' ἄγωνίων θεῶν*; Prometheus autem vinculis premitur Prom. 20 trim. *τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ* (recc., cum Laurentianus codex exhibeat *τόπῳ*), ibid. 117 mel. *τερμόνιον ἐπὶ πάγον*, ibid. 130 chor., 270 (273) trim. Denique restant frg. 162. 2 trim. *Ἰδαῖον πάγον*, et frg. 304, 10 trim. *δρυμούς ἐρήμους καὶ πάγους*, unde colligere licet *πάγον* collem praeruptum sive montem saxosum fuisse. Hoc eodem sensu instructam vocem Sophocles novies exhibet Ant. 411, 685 chor., Trach. 634 chor. 1191, Oed. Col. 1601, frg. 86, 248 anap., 300, 353 in diverbiis praeter locos indicatos, Euripides autem quinques Andr. 1010 chor., Cycl. 95 trim., Heraclid. 849 trim. Ion. 1480 mel., Electr. 1271 trim. et Carcin. frg. 5. 6 trim. (Nauck, p. 799). Ergo, si paucis usum tragicorum poetarum circumscribere conamur, apparet eos hac in voce Homeri vestigia non premere, quod pro certo stat, etsi vox significationis mutationem fere nullam passa est. Denique ut de recentioribus scriptoribus disputemus, ii, qui copiam verborum artificiose conquirere studuerint, *πάγος* de monte dicunt velut Lycophron Al. 1348, 1361, Aelianus, Lucianus alii.

At caveamus, ne fontem quam uberrimam sermonis cotidiani neglegamus, qui in nominibus propriis est. Nam *Πάγος* reperitur primum quidem nomen montis prope Smyrnam siti cf. Paus. 7. 5. 2; tum Ephesi fuit ὁ *Ἀστυάγον πάγος*, cf. titulum C.-B. III. 2. 5597. 7 init. III. scl. incisum; deinde Athenis omnium in ore ὁ *Ἄρειος πάγος*, cuius nominis testimonia afferre longum est; tragici quidem poetae eius mentionem faciunt Aesch. Eum. 685 (675), 690 (680), Soph. Oed. Col. 947, Eur. Iph. Taur. 1470, Or. 1651 in diverbiis; denique Corinthus nescio quo tempore *Πάγος* appellata dicitur esse, cf. Steph. Byz. s. v. *Ἡλιόπολις* et *Κόρινθος*.

Iam calculos subducamus, nam gravissimis argumentis comprobatur *πάγος* vocem priscam omnium Graecorum communem fuisse. Quae aliquando Athenis quoque floruit id, quod nomen illud proprium Areopagi demonstrat, tempore autem procedente plane evanuit, cuius rei causam non sine iusto argumento repetas a frequenti usu vocis *πάγος* „gelu“, quo factum est, ut *πάγος* „collis“ in cotidiario V. et IV. saeculi frustra quaeratur. Quae cum ita sint, dubium non est, quin *πάγος* tragicis poetis, certe vetustissimo eorum Aeschylo Attica fuerit vox.

ΠΥΘΜΗΝ.

Etiam in voce *πυθμήν* bona fortuna nobis satis multa testimonia servavit, ut non erremus, si ea accuratissime examinantes iudicium faciemus.

Apud Homerum ὁ *πυθμήν* ima pars est poculi Δ 635 δύο δ' ὑπὸ πυθμένες ἦσαν sive tripodis Σ 375 ὑπὸ κύκλα ἐκάστω πυθμένι θῆκεν. Tralate autem radix oleae sic vocatur ν 122 πυθμέν' ἐλατης, simil. ν 372, ψ 204 (cf. Prellwitzii lex. etym. de sensu vocis). Neque etiam insequente aetate vocem alienam fuisse a sermone cotidiano inde colligimus, quod plerique poetae ea utuntur, velut de dolii fundo Hesiod. opp. 369, de mari Hes. theog. 932, de lacu Theogn. 1035, Solon. frg. 13. 20. Idem opposuit τῆ κορυφῆ τὸν πυθμένα frg. 13. 10. Denique Hesiodus frg. 134. 7 Rz. de radice φηγοῦ dixit, Hipponax frg. 51. 4 de radice στοιβῆς, Anacreon frg. 38 de vase, anonymus poeta in Et. Magn. p. 392. 12 de radice δρυός. Accedit Pindari frg. 191 (223) Ταρτάρου πυθμήν, cum liberius dicat Bacchylides V. 198 πυθμένες ἐσθλ[ῶν] „origines nobilium“.

Tum, ut de tragicis poetis loquar, Aeschyli testimonia numerosa sunt. Suppl. 104 (98) chor. ὕβρον βρότειον, οἷα νεάζει πυθμήν δι' ἄμὸν γάμον τεθαλώς (cod. Laurent. τὸ θάλος); schol. ἡ ῥίζα τῶν πεντήκοντα παίδων, ὃ ἐστὶν αὐτὸς ὁ Αἴγυπτος. Quamvis corruptus sit locus, scholii explicatio non inepta est. Prom. 1046 (1045) anap. ἐκ πυθμένων „ex fundo“. Choeph. 204 (196) trim. σμικροῦ γένοιτ' ἂν σπέρματος μέγας πυθμήν, cum dicere velit ex exiguo semine magnam rem crescere, cf. Aristotelis π. ζῳ. γεν. I. 20, p. 728 b 35 ἐξ ἐνὸς σπέρματος ἐν σῶμα γίνεται, οἷον ἐνὸς πυροῦ εἰς πυθμήν, nam ex semine radix, ex radice herba crescit. Choeph. 260 (252) trim. ἀρχικός πυθμήν, ut Latine „stirps“ dicitur. Ibid. 646 (628) chor. Δικας . . πυθμήν, schol. ῥίζα δικαιοσύνης. frg. 27 trim. γενειάδος πυθμήν „barbae radix“. Haec Aeschyli testimonia sunt, qui semel originarium sensum in Prometheo, saepius tralatum de radice usurpavit. Etiam Ion. frg. 28, p. 737 ap. Nauck. πυθμέν' εἰρηλον δρυός dixit, Sophocles vocem semel exhibet Oed. tyr. 1261 trim. ἐκ δὲ πυθμένων ἔκλινε κοῦλα κληῖθρα; Euripides autem eam vitavit. Considerantibus nobis, quaenam ratio intercedat inter Aeschylum et vetustiores poetas, concedendum est eum in hac voce, quam tam peculiariter

adhibeat, ab illis non pendere. Examinandi igitur sunt Attici scriptores, num vocem exhibeant, sed res integra manebit, quia quattuor illi Platonis loci sermonem cotidianum non testantur. Phaed. 109C poetice loqui videtur ἐν μέσῳ τῷ πνυθμένῳ τοῦ πελάγου nec non Phaed. 112B, cum loquatur de ima tartari aqua cf. Pindari locum. In Timaeo autem 83E repetit medicorum doctrinam, quos plerosque Iones fuisse notum est: μενόντων τῶν πνυθμένων (τῆς σαρκός) „quamdiu quasi fundamentum carnis remanet“. Atque in libro de republica VIII. 546C Pythagoreos sequitur, cum numeri quadrati radicem πνυθμένα vocet. Neque igitur sermonis Attici testis est, sed et Pythagoreorum et medicorum, quos Hesychius quoque sequitur, cum dicat πνυθμῆν . . . καὶ τῆς μήτρας τὸ ἄνω μέρος. Et Hippocrates quidem ipse vocem πνυθμῆν primario sensu detrito scripsit π. διαίτ. ὀξ. 11. I. 129. 3 Klw. πνυθμένοθεν μὲν ὄν οὐκ ἴσασιν „ex fundo“, cf. Erot. p. 110. 12 et Ctesias ea usus esse videtur in Indicis ap. Phot. p. 45 b 7 πνυθμῆν τῆς κρήνης. Unicum autem Atticae consuetudinis exemplum in lapide servatur IG. I. nr. 172. 7 cf. p. 73 sq. In Parthenonis enim inventario quarto loco inde ab anno 434 tradebatur καρχήσιον χρυσοῦν τὸμπνυθμένα ἐπάργυρον ἔχον. Idem valet in recentioribus inventariis velut Deli C.-B. III. 2. 5388 (Bull. de corr. hell. XIV, p. 414, l. 38) a. 279, Dittenberg. syll.<sup>3</sup> 588. 21, 27 a. 180. Neque aliena vox est ab usu linguae communis inde ab Aristotele<sup>1)</sup> (cf. Bonitzii indicem) et Theophrasto velut hist. plant. 2. 2. 9, 4. 11. 13, caus. plant. 3. 13. 3. Etiam Polybius 6. 23. 11, 22. 11. 15 et al. eam exhibent. Arithmetici autem scriptores velut Iamblichus vocem more Pythagoreo usurpaverunt.

Haec satis multa testimonia qui censebit, non dubitabit, quin vox πνυθμῆν sensu primario V. nec non VI. saeculo Atheniensibus nota fuerit, ductus ad hoc iudicium cum illius inscriptionis testimonio, tum ratione, qua Aeschylus voce usus est.

### KAPTA.

Eadem atque in antecedente voce ratione adducti sumus, ut adverbium κάρτα, quod plerisque viris doctis Ionicum esse videbatur, cum W. Schulzio inter prisca Attica verba poneremus, cf.

<sup>1)</sup> Aeneae Tactici locus 29. 7 interpolatus est, si Hugii iudicium valet.



Gött. gel. Anz. 1896, p. 252, Wittekind l. c. p. 50, Rutherford. l. c. p. 8.

Tragici poetae vocem saepissime usurpaverunt, Aeschylus bis et tricies fere semper in diverbiis Pers. 372 (370), 519 (517), Suppl. 201 (191), 288 (278), 448 (431), 450 (433), 452 (435), Sept. 413 (396), 415 (398), 658 (641), 689 (672), 886 (863) anap., 940 (916) chor., Ag. 277 (264), 592 (570), 801 (765) anap., 840 (804), 936 (900), 1206 (1160), 1252 (1206), Choeph. 174 (166), 176 (168), 263 (255), 929 (922), Eum. 15, 90, 213 (211), 222 (220), 646 (636), 738 (728), 849 (833), frg. 288. In solo Prometheo vox non exstat. Sophocles eam exhibet duodevicies in diverbiis, Ai. 263, 527 (fo. interpol.), 554 (fo. interp.), 580, 1359, El. 312, 1278, Ant. 660, 897, Trach. 379 (cod. *καὶ τὰ*), 413, 446, 463, 897, 1218, Oed. Col. 65, 301 (fo. interpol.), frg. 260. 2, [317. 2 scribe *κᾶτα*]; Euripides denique quinquies et decies in diverbiis Alc. 811, Suppl. 305, Hippol. 412, 462, 472, 700, 1041, Med. 222, 328, 1196, 1376, Tro. 302, [Rhes.] 79, 158, 476. Valet autem his locis „valde“, ut Athenienses *σφόδρα* vel *μᾶλα* dicere solent.

Initium quaestionis faciamus ab Ionibus scriptoribus, quibus *κᾶτα* eodem sensu instructum usitatissima est vox. Homerus quidem *κᾶτα* non exhibet neque etiam Empedoclis locus, frg. 5. 1 D., incorruptus est, ubi Dielsius pro *κᾶτα χαρτὰ* scribi iubet. Tum vero Herodotus vocem usurpat I. 71, 119, 191, 194, II. 92, 137, III. 1, 80, 104, IV. 66, 79, 181, VI. 52, 125, VII. 16, 198, VIII. 3, 37, 59, 69. Hippocrates quoque certis quidem in scriptis frequenter *κᾶτα* scripsit, velut *προγνωστ.* I (Klw.) p. 81. 18, 82. 17, 83. 4, 84. 12, 88. 18, 90. 4, 7, 91. 12, 16, 92. 10, 93. 9, 94. 5, 96. 8, 98. 4, 99. 11, 101. 23, 105. 22. Contra in libello *π. ἀερ. ὀδ. τόπ.* scripto unum exstat exemplum I. 70. 20 Klw. Accedunt Hipponactis frg. 16. 2, 17. 1 (Bergk<sup>3</sup>), Protag. frg. 9 D., Democr. frg. 18, 191 D. Anaxarch. frg. 1 D., Anaxagor. frg. 14 D, Ion., Chii frg. apud Ath. XIII p. 604 B—D (ter) servatum, Ctesiae frg. 33, 57, 89 Müll. et ap. Phot. p. 41 b 7, 8 b, 45 b 29. Quibus testimoniis comprobatur est *κᾶτα* apud Iones frequentissimum fuisse adverbium.

Iam ad Atticos scriptores transeamus, qui praeter Aristophanem vocem plane respuunt. Nam Platonis locus Tim. 25 D, ubi lectio fluctuat: vulg. *πηλοῦ καταβραχέος* codd. B T *βαθέος*, Parisin. *κᾶτα βαθέος*, C. F. Herrm. *κᾶτα βραχέος*, in B T certe recte traditur, cum *καταβαθύς* in analogiam vocum *κατάδηλος*,

*καταβαρός, κατάμεστος* vertendum sit „valde altus“. Aristophanis autem loci hi sunt, alter Ach. 544 trim. ἡ πολλοῦ γε δεῖ καὶ κάρτα μέντ' ἂν εὐθέως καθέλκατε τριακοσίας ναῦς. Totus revera locus, ut scholio docemur, in similitudinem Telephi Euripidis factus est, unde conclusit Rutherfordius adverbium quoque κάρτα haustum esse ex sermone tragico. Et id quidem acute iudicavit; alter autem locus viro illi doctissimo ansas non dedit, cur non Atticae consuetudinis testis esset av. 342 troch. dial. τοῦτο μὲν ληρεῖς ἔχων κάρτα πῶς κλανσεῖ γάρ, ἦν ἅπαξ γε τῶφθαλμῶ ἴκκοπῆς; adnotavit enim l. c. nihil nisi “there must be some similar reason“ neque etiam Wittekindius rem explanavit, cum eadem fere diceret. Non igitur est aliquid neque in metro neque in dictione neque in toto contextu, quod tragoediae imitationem sapiat. Nam κάρτα prisca Attica vox fuit, quae res tamen neque singulari Aristophanis loco nec scolio illo comprobatur, quod in Amipsiae fragmento servatur, frg. 22 (Kock I. 676, Mei. II. 710), scol. 30 apud Bergkium οὐ γὰρ πολλὸν ἔχειν θνητὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐρᾷν καὶ κατεσθίειν, σὺ δὲ κάρτα φεῖδῃ, revera poetica dictio a scoliis aliena non est. Sed in vasis Atticis, quod legitur, argumento nobis est, cf. Klein. Lieblingsinschr.<sup>2</sup> p. 37 Σώστρατος καλὸς κάρτα in amphora nigris figuris ornata V. ineuntis saeculi, Klein, Meistersign.<sup>2</sup> p. 197 κάρτα δίκαιος χαῖρε χαῖρε in vase aetate Euphronii picto<sup>1</sup>). Sint, quibus hae inscriptiones suspectae sint, quod pictores formas quidem verborum interdum non Atticas adhibuerint. Id ad nostram quaestionem non pertinet, nam et inscriptiones et Aristophanis locus supra allatus sibi in vicem explicationem suppeditant et confirmant vocem κάρτα priscam Atticam fuisse.

Denique adnotandum est vocem, ut apud Athenienses V. saeculo, ita paulo post apud Iones evanuisse; certe in linguam communem transit, quia post Ctesiam loci apud Plutarchum tantum mor. 170 E et apud Lucianum Cal. 3 et novies in vita Homeri, quae Herodoti esse dicitur, mihi praesto sunt. Pristinæ igitur aetati κάρτα tribuendum est, qua cum re bene consentit id, quod in tragoediis conspicitur, in quibus Aeschylus 31 in 7 tragoediis, Euripides 12 in 19 κάρτα scripsit.

<sup>1</sup>) In tertio vase Kleinius, Lieblingsinschr.<sup>2</sup> p. 91 non recte κἀ <ρ> τα legit, cf. Kretschmer, die griech. Vaseninschr. p. 78, qui proposuit καλά (ΚΑΙ'Α).

ΘΑΚΟΣ, ΘΩΚΟΣ.

Huius vocis stirps partim per *a*, partim per *ω* scripta pluribus Graeciae gentibus communis est. Eam in tragoedia Atticam esse solus negavit Wittekind, cum *θακέω* p. 44 inter verba Ionica poneret. Videamus igitur, quibusnam finibus usus stirpis *θακ-* et *θωκ-* id est *\*θαφακ-* et *\*θοφακ-* circumscriptus sit. De stirpe cf. Prellwitzii lex. etym. s. v. *θάσσω*, W. Schulzii quaest. epic. p. 434sq., Hoffmanni dial. III. p. 369. Qua in re considerandum est vocalem *a* aut *ω* saepe codicum fallacii auctoritati deberi.

A stirpe *\*θαφακ* apud Homerum verbum ductum est *θαάσσω* „sedeo“ I 194, O 124, γ 336, h. Merc. 172, 468 (*θοάσσω*?) cum in substantivo formam stirpis *\*θοφακ-* contractam in *θῶκος* seu *θῶκος* praebeat. Significat autem *θῶκος* „sedem“ β 14, Θ 439, μ 318 (*θῶκος*), sive „sessionem“ β 26 *οὔτε ἀγορῆ οὔτε θῶκος*, ε 3 *θωκόνδε καθίζανον*, ο 468 *εἰς θῶκον . . . δήμιό τε φῆμιν*, velut Hesychius explicat *θῶκος· κάθεδρα, θρόνος, σύλλογος*.

Hanc formam *θῶκος* Iones conservaverunt, cum verbum *θαάσσω* evanesceret et denominativum *θωκέω* substitueretur. Testes sunt et Herodotus I. 181 *θῶκοι ἀμπαυστήριοι*, VI. 63 *ἐν θῶκῳ κατημένῳ*, simil. IX. 84, II. 173 *ἐν θρόνῳ . . . θωκέοντα* et Hippocrates *ἐπιδ. ζ' 47*, L. V. 416 *οὐδὲ ἐπὶ θῶκον ἀνίστατο*, ubi per euphemismum explicatione non egentem corporis necessitas intelligitur. *θῶκος* hoc loco codices exhibent, cum in margine adscriptum sit *θᾶκος*, quae scriptura valet apud recentiores scriptores infra afferendos.

Praeter Iones haec forma in Sicilia et Magna Graecia floruit, nam Epicharmus frg. 99K. scripsisse traditur *τεῖδε θωκησῶ*, Sophron frg. 60K. *ὕμεις δὲ ἐπεγγνόμενοι θωκεῖτε*, frg. 135K. *σύνθωκοι*. Etiam Plauti illud frg. 81 (40) *thocum* apud Paulum p. 367. 8, quod de sellae genere scripserat, ad Italotarum Graecorum usum recedit.

In ipsa denique Graecia urbs est Arcadum, quam nomen a nostra stirpe duxisse verisimile est, *Θῶκνειον* commemorata apud Stephanum, Suidam, Pausaniam, qua in re respiciatur hanc dialectum usu vocum quarundam ad Homeri consuetudinem prope accedere. Contra plane incertum est, quod Skias in inscriptione Gortynos Cretica restituit C.-B. III. 2, 4994. 4 *ΚΑΘ . . ΟΣ καθ[ῶκ]ος* = *κατὰ θῶκους*, Blassius autem *κ' ἀθ[ρό]ως* non sine veri simili-

tudine legit. Apud Lacones Ahrensius dial. II. p. 49 coniecit fuisse \*θάφακος, cf. Hesychii θάβακον θᾶκον sine originis signo. Alcman quidem frg. 87 ἐπὶ θάκω dixit. Incertae autem originis sunt Hesychii glossae διατεθώκηται, ἐθώκισε, ἐνθωκώσαι.

Restat, ut de Atheniensium dialecto disputemus, et primum quidem tragicorum poetarum locos conquiramus, postquam prae-  
monuimus formam contractam θωκ- ideo Atticam fuisse non posse, quia orta est ex θοφακ-, cf. p. 8 et 51 de voce χειρῶναξ. Athenienses enim vocales *oa*, *φ* littera expulsa, conservabant. Tamen traditur *ō* in Phrynichi tragoediae nomine Σύνθωκοι ap. Suid., Aeschyl. Prom. 831 (829) trim., Soph. Trach. 23 trim., Eurip. frg. 795. 1 trim., cf. Thom. mag. θᾶκος Ἄττικόν, θρόνος Ἑλλη-  
νικόν, θῶκος ποιητικόν, nec dubito, quin haec scriptura inter Ionica (aut epica) elementa incertiora p. 7 collecta ponenda sit. Etiam Pindarus hac in fallor ratione ductus exhibet Pyth. XI. 6 ἀλαθέα μαντείων θῶκον. De Cratini loco vide infra.

Tragicorum autem exempla universa haec sunt: Aeschyl. Prom. 280 (283) anap. θᾶκον προλιποῦσα, ibid. 313 (317) trim. μακρὰν ἀνωτέρω θακῶν (Ζεύς), ibid. 389 (393) trim. τῷ νέον θακοῦντι παγκρατεῖς ἔδρας (Jovi), ibid. 831 (829) trim. μαντεῖα θῶκός τ' ἐστὶ Θεσπρωτοῦ Διός, Ag. 519 (497) trim. σεμνοὶ τε θᾶκοι. Pro θαάσσω autem, Homericō verbo, a stirpe \*θοφακ- ductum est verbum θοάζω; Aesch. Suppl. 595 (575) chor. ὕπ' ἀρχᾶς δ' οὔτινος θοάζων hanc vocem exhibet, schol. οὐκ ὑπὸ τὰς ἀρχᾶς δὲ τίνος τῶν κρεισσόνων καθήμενος. Sophocles quoque scripsit Oed. tyr. 2 trim. τίνας ποθ' ἔδρας τάσδε μοι θοάξετε, qua de voce in capite III<sup>1</sup>) disputabimus. Sophocles praeterea huius stirpis exempla praebet θᾶκος Ant. 999, Oed. Col. 9, frg. 85. 3, θακέω Ai. 106, 325, 1173, Oed. tyr. 20, Trach. 23 (θωκέω), Oed. Col. 340, θάκημα Oed. Col. 1160, 1179, 1380 in diverbiis. Semel etiam θάσσω contractum ex epico θαάσσω scripsit Oed. tyr. 161 chor. Euripides denique verbum θάσσω, quod in tragoedia certe epicum iudicandum est, vicies (et semel in Rheso) scripsit, quare Aristophanes Thesmoph. 889 trim. eum dicentem inducit τί δὴ σὺ θάσσεις τάσδε τυμβήρεις ἔδρας. Parodice hos versus cantos esse iam inde elucet, quod adversus co-  
moediae licentiam accuratissime compositi sunt. θᾶκος exhibet

<sup>1</sup>) Euripides θοάζω a stirpe θοός ductum saepe usurpavit.

Euripides Hel. 895 trim. 1108 chor. Phoen. 840 trim., Iph. Aul. 195 chor., 618 trim., Trood. 138 mel., Bacch. 347 trim., Ion. 909 chor., Herc. 1097 trim., frg. 795 trim. (*θῶκος*), servat. in Stobaei eclog., *θακεῖν* Heracl. 239 trim., Hec. 1153 trim., *θάκημα* Ion. 492 chor.

Sed haec hactenus, cum transeundum sit ad reliquos Atticae dialecti testes. Quorum vetustiores vocem nostram exhibent. Iam VI. saeculo in vasis pictum est, cf. Kretschmer, griech. Vaseninschr. p. 121, velut in eo, quod vocatur „Françoisvase“, prope sedem Priami. Tum in Cratini fragmentis bis servatur, frg. 7 (Kock I. 13 Mei. II. 18) *ἐνθα Διὸς μεγάλου θᾶκος πεσσοί τε*. Suidas vitiose scripsit *θῶκος*, nam Hesychius s. v. *Διὸς θᾶκοι* et al. tradiderunt *ᾶ*; frg. 239 (Kock I. 86, Mei. II. 146) *ἦ κρήνον ἦ ῥόδον παρ' οὔς ἐθάκει*. Nec non Aristophanes vocem novit nub. 993 anap. *καὶ τῶν θάκων . . ὑπανίστασθαι*, schol. *θάκων Ἀττικῶς ἀντι τοῦ θῶκων*, simil. ran. 1515, 1522 anap., quibus locis tragicus sermo certe non luditur. Etiam Plato Politic. 288 A, Polit. VII. 516 E, Xenoph. Hier. 7. 7, Cyri instit. 8. 7. 10, Conv. 4. 31 *θᾶκος* scripserunt. Atque in lapide *θακεῖον* inventum est IG. II. add. 834 b II. 9 (initio IV. scl.) cf. Meisterhans l. c. p. 16. 11. Insequenti autem aetate huius stirpis usus plane defecit, nam neque oratores nec poetae Alexandrini eam exhibent. Sero *θᾶκος* „latrina“ (cf. Hippocratis locum) nobis occurrit, quod inde a I. post Chr. nat. saeculo legimus velut apud Plutarchum Lyc. 20, Artemidorum, ecclesiasticos scriptores, ex quibus testimonia collegit Stephanus in thesauro. Itaque ex obscoena ut ita dicam significatione causa petenda est, cur inde a IV. saeculo *θᾶκος* apud scriptores non legatur. In poesi autem recentissima rarius *θᾶκος* (Kaibelii epigr. Graec. 874. 8, 2—3 scl. p. C. n.) sive *θῶκος* (Kaibel l. c. 414. 5, 903. 1, 912. 2 aetat. recent.) adhibetur. Eandem poeticam dictionem prodit nomen gallinae nuper in papyro lectum *θακαθαλπᾶς* Oxyg. pap. II. 219. 22. Blassius id scriptum pro *ταχαθαλπᾶς* esse putavit.

## ΓΟΝΟΣ.

cf. Wittekind, p. 26, Rutherford, p. 19. Quid primario sensu sit *ὁ γόνος*, substantivum a verbo *γίγνομαι* ductum, ex usu eius notum fiet. Praemitimus autem disputationi nostrae testimonia tragicorum poetarum. Aeschylus scripsit Suppl. 171 (157) chor. *τὸν*

αὐτός ποτ' ἔκτισεν γόνῳ sc. est Epaphum. Hic ὁ γόνος semen est. Suppl. 312 (300) trim. καὶ Ζεὸς ἐφάπτωρ χειρὶ φινύει γόνον. „Zeus tactor manu seminem serit.“ Choeph. 253 (245) trim. κάμῃ τήνδε τ' Ἠλέκτραν . . . ἰδεῖν πάρεστί σοι, πατροστερηῆ γόνον „liberos patre orbos“, velut Latine loquuntur de seminibus Phoebi Ov. Met. II. 628. Eum. 946 (926) chor. γόνος <τ' ἀεὶ> πλουτόχθων ἐρμαίαν δαιμόνων δόσιν τλοι, ubi posteros intelligas. Hoc sensu Sophocles vocem usurpavit Ant. 574 trim. τὸν σαυτοῦ γόνον „filium tuum“, simil. Ai. 1303, Ant. 1018, Trach. 1106, Philoct. 366, 416, 425, 1221, Oed. Col. 549, 1322, frg. 827, 1013 (dub.) in diverbiis, Trach. 956 chor., frg. 725. 3 anap.; neque aliter Euripides, qui detritius vel de mulieris γόνῳ et de γόνοις alicuius loquitur, undequinquagies; accedit frg. trag. adesp. 81. 2 trim. Id tenendum duas esse significationes et originariam „semen“ et poetice tralatam „filius“.

Γόνος in poesi inde ab antiquissimis temporibus notissima vox est. Significat autem et genitorem et filium et semen. Sic Homerus dixit: α 216 οὐ γὰρ πῶ τις ἐὼν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω. Haec Telemachus de patre, quem nunquam vidit, dixit „neminem genitorem suum agnovisse“, λ 234 ἠδὲ ἐκάστη δὲ γόνον ἐξ-αγόρευεν, ex quo orta esset, simil. τ 166 τὸν ἐμὸν γόνον ἐξ-ερέουσα. Contra progeniem significat γόνος Y 409 νεώτατος ἕως γόνοιο, quam significationem in tragoedia usitatam fuisse supra vidimus. Simil. E 635, Z 191, I 493, N 449, Ω 59, β 274, δ 12, 207, 741, λ 436, μ 130, σ 218, h. Ven. 104, h. Merc. 526, h. 18. 1. Denique significat h. Apoll. del. 90 γόνος „partus“, nisi cum Frankio scribat quis γονῆ, v. Gemollii adnotationem in edit. hymn. p. 13. Nec difficile est hanc significationum varietatem intelligere; nam semen revera genitor vocari potest, qui tamen id quoque est, quod gignitur, quo consensu oxymoron illud ortum est et patrem et filium eadem voce indicari. Atque id, cum frequenti Homeri usu confirmatum esset, in omni Graecorum poesi floruit, velut Hesiod. Theog. 495, 919, Orac. schol. E 64, Pindar. Ol. IX. 45, 76, VI. 36, Pyth. II. 42, III. 4, IV. 123, Nem. III. 57, Isthm. VIII. 33, frg. 53. 11. Quibuscum locis coniungendi sunt loci Aristophanis Thesm. 118 chor. et Eubuli frg. 107. 11, 14 Kock (Mei. III. 254) in enigmate.

Etiam in Ionum consuetudine γόνος fuit progenies, velut Herodotus scribere solet I. 108 ὁ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ γόνος, simil.

I. 109, II. 43, III. 66, V. 92 βγδ, VI. 135, VII. 61, 205, IX. 33, quamquam originarius sensus non periit, quem Hippocrates multis locis servavit velut π. γονῆς 2 L. VII. 472 χωρεῖ γὰρ τὸ πλεῖστον τοῦ γόνου ἀπὸ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ οὔατα εἰς τὸν νωτιαῖον μυελόν, simil. ibid. 7, p. 478 bis, π. ἀερ. ὕδ. τόπ. 14, I. 56. 10 Klw., cf. Erot. p. 128. 12 ὕγιερὸς γόνος· ἀντὶ τοῦ ὕγιερὸν σπέρμα. Unde ductum est γονοειδές Erot. p. 60. 9 et al. Lectio corrupta est π. ὕγρ. χρῆς. 2, L. VI. 126, ubi fortasse legendum est γόνος ὁ γόνιμός (codd. γυμνός) ἐστὶ τε φύσει ψυχρότερος ἢ ὡς τις οἴεται „semen generabile opinione frigidius est.“

Nobis cum studeamus demonstrare vocem γόνος sensu primario priscam Atticam<sup>1)</sup> fuisse duplex occasio data est. Nam primum quidem pisciculorum genus Athenis vocabatur γόνος, cf. Hegemonis frg. 1 (Kock I. 700, Mei. II. 743) μάλα ταχέως αὐτῶν πρῶ μοι πουλύπουν καὶ δὸς καταφαγεῖν κάπὸ τηγάνου γόνου, quem Iones appellasse ἀφρόν testis est Archestratus apud Ath. VII, p. 285 B. Moretum fuit, si Athenaeus l. c. recte tradidit, variorum pisciculorum, ὑπότριμμα quod dicunt, fortasse propter incertum aspectum appellata „genitura“ piscium, quippe qui crederentur ex caeno orti esse (an fuerit, quod nos dicimus Kaviar?) Longe autem gravissimum est, quae ab oratoribus Atticis servatur legum Atticorum dictio, velut Isaei π. Πυρρ. κληρ. 61 p. 44 τοὺς μὲν γὰρ ὅτι γόνω γεγόνασιν οὐδεις ἂν δήπου ἀμφισβητήσῃε περὶ τῶν πατρῶν, πρὸς δὲ τοὺς εἰσπολήτους . . . Lys. 13. 91 τὸν τε γόνω πατέρα . . . τὸν τε ποιητὸν πατέρα, simil. Demosth. in Leoch. or. 44. 31. 46 bis, 51, 64, unde evincitur filium germanum apud Athenienses appellatum esse υἱὸν γόνω γεγονότα, cui, qui adoptione in gentem transiit, opponitur εἰσπολήτος. Repetitur haec dictio in inscriptione I. p. Chr. scl. Dittenb. syll.<sup>2</sup> 394. 5 Κλεοῦς τῆς Εὐκλέους Φλυέως, γόνω δὲ Νεικοδήμου Ἐρμείου θυγατρὸς. Consideranti autem iudiciale sermonem prisca et obsoleta strenue conservare dubium non erit hanc dictionem vere Atticam fuisse.

Restat, ut reliqua vocis γόνος testimonia quam brevissimis illustremus. Doridi dialecto non sine causa attribuitur locus Timaei Locr. 100 A ἐξ ᾧ εἰς σπέρμα καὶ γόνον μερίζεσθαι (ἀπόχυμα) nisi ad medicorum doctrinam recedit. Deinde mirum in modum in vetus-

<sup>1)</sup> De Aristophanis loco vesp. 1116 dubitatur; Bergk scribere iussit. πόνον pro γόνον.

tissimis Eleis titulis γόνος sensu poetico conspicitur C.-B. 1153. 3 *αὐτὸν καὶ γόνον* (VI. saec.) et 1161. 4 = IGA. 552 *τὸν ἀπὸ Σφλωγγας γόνον* (aetate vix recentiore). Integra sit res, utrum hic usus Eleae dialecto an poeticae consuetudini tribuendus sit. Denique in lingua communi inde ab Aristotele et proles et semen γόνος vocatur. Conferas indicem Aristotelicum Bonitzii, Plutarcheum Wytttenbachii; in Septuaginta vox exstat Lev. 15. 9, III. Macc. 5. 31, ubi derivata quoque *γονοποιέω*, *γονόρροια* sim. iuveniuntur.

### ΠΟΡΘΜΟΣ.

Hac de voce conferas Wittekindii p. 29, Rutherfordii p. 12, not. 3 et p. 20. Quae cum prima nobis occurrat et apud tragicos poetas et apud Thucydidem obvia, postulat, ut eius origo quam accuratissime enucleetur.

*Πορθμός* apud Homerum δ 671, ο 29 fretum est inter Ithacam et Samum situm, unde nauta, qui trans fretum sive homines sive res transvehit, vocatur *υ* 187 *πορθμεύς: πορθμηῆς δ' ἄρα τοὺς γε διήγαγον*. Itaque non dubium est, quin veriloquium petendum sit (cf. Prellwitzii lex.) a verbo *πείρω* „in adversam partem transgredior“, unde *πορ-θμο-ς*<sup>1)</sup> locus vocatur, in quo transvectio sit. Hac significatione instructa vox prisca Graecis communis fuit, id quod primum quidem nominibus propriis demonstratur; nam et in Euboea *Πορθμός* illo loco erat, ubi Oropo in insulam transvehebantur, et Carpathi in insulae septentrionali parte, ubi angusto freto insula Saros secernitur, Poseidon *Πόρθμος* adoratus est, cuius rei testes sunt inscriptiones IG. XII. 1. 1031—1036. Praeterea prope Bosphorum Cimmericum *Πορθμηλα* sita erant, quae testatur Herod. IV. 12, 45. Verum etiam in Sicilia floruit, etsi valde dubium est, num fretum Siculum revera ut a poetis ita ab incolis appellatum sit *πορθμός*. Empedocles autem frg. 100. 10, 17 D. collum horologii aqualis ita vocat propter angustias, qualem sensum solus omnium scriptorum a freti angustias transtulit. Id adeo singulare est, ut facere non possimus, quin hanc ob causam vocem Siceliotarum consuetudini vindicemus.

Aetate procedente vox eiusque derivata apud Iones in usu remansit. Sic Herodotus fretum, quod est inter Atticam et Sala-

<sup>1)</sup> De suffixo *-θμο-* cf. Brugmann, gr. Gramm. § 184.



mina, vocavit VIII. 76, 91. Etiam nautae, qui Arionem trans mare transvehunt, vocantur *πορθμείς* I. 24 et navis, quae victualia transportat, non solum *ὀλκός*, sed etiam *πορθμείον* est VII. 25; denique inter Aegyptiacas urbes, quamdiu Nilus ripis egreditur, incolae *πορθμούνται* II. 97.

In ipsa Graecia poetae vocem exhibent, quorum testimonia haec sunt. Aeschylus Hellespontum sic appellat Pers. 69 (70) chor., 722 (713) troch., 799 (790) *Ἑλλης πορθμόν*; similiter sinum Saronicum Ag. 307 (294) trim. *Σαρωνικοῦ πορθμοῦ κάτοπτον πρῶνα*. Una cum Pindaro (vide infra) in transvectione Acherontis cymbam Charonis induxit Ag. 1558 (1517) anap. *ὠκύπορον πόρθμευμ' ἀχέων*. Et audaci metaphora dixit Choeph. 685 (666) trim. *ἐφετμὰς τάσδε πόρθμευσον πάλιν* „haec mandata reporta“. Quibus exemplis perspicitur, eum vocem libere usurpare et sensu originaris et poetica cum tralatione. Prope ad eum accedit Pindarus, qui dixit frg. 120 (107) *βαρυβόαν πορθμόν πεφηνγότες Ἀχέροντος* et Isthm. IV. 57 Hercules *ναντιλλαισι τε πορθμόν ἀμερώσαις*. Sequitur Sophocles Ant. 1145 chor. *προφάνηδι . . Παρησίαν ὑπὲρ κλιτὸν ἢ στονόεντα πορθμόν*. Contextus nos docet dictum esse Euripum, cf. schol. *πορθμόν δὲ ἔνιοι τὸν ἀπ' Εὐβοίας εἰς Βοιωτίαν, οἱ δὲ τὴν Σικελικὴν θάλασσαν*. Trach. 571 trim. *τοσόνηδ' ὀνήσει τῶν ἐμῶν πορθμῶν*. Hoc loco *πορθμός* dicitur non locus transvehendi, sed ipsum transvehere, quod Nessos facere solebat. Verbum autem usurpatum est Trach. 802 trim. *πόρθμευσον*, cum Heracles Hyllam iubeat se ex Euboea in continentem terram transportare. Neque aliter Euripides huius stirpis derivata persaepe adhibuit. Velut *πορθμός* de transvehendo Hec. 1106 mel. Iph. Aul. 1379 troch., Cycl. 108 trim., Hel. 127 trim., 531 trim., Trood. 102 anap., *πορθμεύς* de Charone Alc. 253 mel., *πορθμὶς* de qualibet navi Iph. Taur. 355 trim., Hippol. 753 chor., Cycl. 362 chor., Hel. 1061 trim., *πορθμεύειν* de transportando, etiam tralate Iph. Aul. 6, Andr. 1229, Troad. 569 in anap., in diverbiis Iph. Taur. 266, 371, 735 (= Aisch. Choeph. 685), 936, 1358, 1435, 1445, Ion. 1599, Or. 1031, [Rhes. 429]; cf. etiam Ion. frg. 18. 3 trim., frg. adesp. 336 trim. et 520, et *στενόπορθμος* Eur. Iph. Aul. 167 chor.

His locis omnibus originarius transvehendi sensus subauditur, qua in re tragicos poetas cum Herodoto consentire non negamus. Attamen id non sufficit, ut vocem inter Ionicas ponamus, praesertim cum testimoniis gravissimis comprobetur vocem *πορθμός* maximeque

derivata eius apud Athenienses usitata fuisse. Quorum gravissima primo loco afferimus e lapidibus collecta. In ipso enim portu Piraei lapides duo IG. I. 520 et 521 inventi sunt, qui exhibent: *πορθμείων λόρμου λόρος*. Hae inscriptiones propter  $\geq$  una lineola carens quinto saeculo<sup>1)</sup> incisae sunt; significant autem finem navicularum, quibus Athenienses in freto Salaminio vehi solebant. Quarum nautas Aristophanes nominat Eccl. 1086 trim., ubi adulescens, quem mulieres duae flagitant, eas repudiat *χαλεπαί γ' ἄν ἦστε γενόμεναι πορθμῆς*, cf. schol. *ἐπειδὴ οἱ πορθμῆς τοὺς παριόντας ἀναγκάζουσιν εἰς τὰ ἴδια πλοῖα ἐμβάλνειν*. Sunt nautae, quorum insolentiam Aristophanes certe non e tragoediis, sed ex vita cognoverat. Ac si *πορθμῆων*, *πορθμῆς* Atheniensibus V. saeculi verba usitata fuerunt, ne aliter de voce *πορθμός*, unde illa ducta sunt, iudices oportet, etsi IV. scl. locum dedit voci *πόρος*. Atque revera Thucydides, ut erat amator inveteratae Atticae dictionis, IV. 83, VI. 2, VII. 1 fretum Siculum, II. 83 fretum inter Rhion et Antirrhion exstans *πορθμός* vocavit. Restant apud Atticos scriptores testimonia minoris auctoritatis velut [Alcid.] Odyss. 15 *πορθμῆς* in Blassii edit. Antiphont. p. 188, Xenophontis Hell. 5. 1. 23 *ἀλιεντικά . . . καὶ πορθμῆτα ἀνθρώπων μεστὰ*. Hac voce Antiphanes frg. 86 (K. II. 46, Mei. III. 47) cymbam Charonis vocat, cum formam eius *πορθμῆς* exhibeat Anaxil. frg. 22 (K. II. 270, Mei. III. 348. 17). Etiam Licymnius frg. 22 dixit *πορθμῆς*. Denique Pollux VI. 128 *πορθμῆς* inter obiurgamenta tradidit (vide Aristoph. loc.). Recentiore vero aetate *πορθμός* floruit apud Aristotelem, Polybium al., non aliter *πορθμῆς* apud recentiores scriptores, cuius rei nobis non interest, postquam supra iam satis gravibus argumentis comprobatum est *πορθμός* eiusque derivata putanda esse inter prisca Attica verba.

### ΦΟΝΕΥΩ.

Interfactor apud Graecos antiquitus vocabatur *φονεύς*, quae vox apud Homerum, apud Iones, apud Athenienses occurrit, quod infra demonstrabitur. Verbum autem inde ductum *φονεύω*, quod apud Iones floruit, ab Atticis scriptoribus rarius usurpatur. Quare difficile est diiudicare, num *φονεύω* in tragoedia Atticae an Ionicae consuetudini debeatur, cf. Rutherford. l. c. p. 15, adnot. 2 et 3, O. Dieneri diss. de sermone Thucydideo p. 41.

<sup>1)</sup> Propter scripturam terminorum archaisticam id solum contendere licet.

*Φονεύς* apud Homerum is est, qui aliquem occidit I 632, Σ 335, ω 434 ita, ut de sensu vocis nihil adnotari debeat. Apud Iones et Archilochus frg. 59. 2 et Herodotus I. 45 et Ctesias in Persicis ap. Phot. p. 40 a 4 vocem exhibent; Atticam autem consuetudinem Moeris et Thomas magister p. 379. 18R. testantur, cum tradant *φονεύς Ἀττικοί ἀνδροφόνος Ἕλληνες*. Antiquioris revera Atthidis testes vocem scribunt, nam legis eam apud Antiphontem I. 2, 20, tetral. III β 5, 6 γ 1, 4 bis, 5 bis, δ 3 ter, 5, 10, Andoc. I. 58, Lys. 12. 96, 13. 33, 42, Isocr. 4. 111. Contra Aischinis locus I. 145 ad Homeri Σ 335 recedit. Incertum tamen est, num *φονεύς* in dictione legum Atticarum usitatum verbum fuerit, quod de voce *ἀνδροφόνος* testatur Lys. 10. 7. Quae cum ita sint, vocem in tragoedia quoque inter priscas Atticas ponas, ubi apud Aeschylum (5 ×), Sophoclem (16 ×), Euripidem (18 ×), adeo frequenter reperitur, ut longum sit singula testimonia afferre; quorum usum imitatur Aristophanes in ranis 1191 trim. Accedunt Platonis Pol. V. 451A, Legg. IX. 865E, 872C, Xenophontis Cyr. 4. 6, 6, Hier. 4. 5, Philem. frg. 140. 4, (Kock II. 521, Mei. IV. 40).

Apud recentiores denique scriptores quamvis raro legitur velut apud Lycophronem Al. 1038, Phryn. ecl. 96, Lesbos. or. p. 28, Plut. Luc. saepius, in lingua autem communi praeter *φονεύς* LXX soph. Sal. 12. 5, NT. Matth. 22. 7 sacp. alia quoque forma a verbo *φονεύω* derivata exstat ad significandum parricidam *φονευτής*, quae vox in septuaginta frequens est, cf. Lobeck. ad Phryn. p. 317, Passow. in lex. Graeco.

Iam transeamus ad verbum ductum ab illo substantivo *φονεύω*, quod compares cum verbo *ιστορέω* supra commemorato p. 26. Hoc quidem a substantivo *ἵστωρ* Atheniensibus noto ductum Ionibus attribuendum erat propter peculiarem significationis mutationem, illud autem *φονεύω* nusquam non sentit „interficio“. Ac ne illud quidem vere dici potest verbum *φονεύω* apud Atticum scriptorem non legi; sed videamus, quibusnam locis id exstet.

Aesch. Sept. 340 (323) chor. ἄλλος δ' ἄλλον ἄγει, φονεύει. Soph. Oed. tyr. 716 trim. τὸν μὲν . . ξένοι ποτὲ λησται φονεύουσι, simil. ibid. 1411 trim., Oed. Col. 547 mel., Ant. 1174 trim. Ai. 409 mel., El. 34 trim.; Euripid. undetricies (in indice edit. Glasguens.) et frg. 495. 38 [*φονε*]ύειν, praeterea *συμφονεύειν* Hec. 391, Ion. 851, 1045, *φόνευμα* Ion. 1496. Hic sunt tragi-

corum poetarum loci, quibus adiciatur Pindarus Pyth. XI. 37. Tum apud Iones Herodotus persaepe vocibus *φονεύω* et *καταφονεύω* usus est I. 106, 165, 211 bis, II. 45, III. 157, IV. 64, 203, V. 71, 77, 92 η, 102, VI. 26, 45, 78, VII. 7, 233, VIII. 53, unde evincitur eum vocem valde adamasse, cum apud Athenienses haec solummodo testimonia exstent Thuc. I. 50, III. 81, VII. 29, 85, VIII. 95, Plato Legg. IX. 871D, 873E, Xenoph. Memor. 1.2. 11, Cyr. inst. 3.3. 64, 7. 1. 32, Theopomp. frg. 249 M, Antiphan. frg. 195. 8 (Kock II. 94, Mei. III. 111). Alioquin sensus interficiendi exprimitur voce *διαχρᾶσθαι*, ut Thomas mag. docere adductus sit *διαχρῶμαι . . . κρείττον ἢ φονεύω*, cui gravissimo ni fallor argumento fuit, quod vox eiusque derivata apud recentiores homines iterum in usum venerat; nam in septuaginta *φονεύω* quater et quinquagies legitur, item *φονευτής* duodevicies, semel autem *φονεύς* soph., Sal. 12. 5; simil. *φονεύω* exstat NT. Matth. 23. 31, 35, Jac. 2. 11, 4. 2, 5. 6, saep. Henoch. 22. 12, pap. Brit. mus. I. p. 224, no. 113. 11.

Thomas igitur magister testis afferri non debet, si quis contendit *φονεύω* apud Thucydidem, Platonem al. ab Ionibus mutuatum esse. Cuius doctrinae ne id quidem argumentum est, quod tempore procedente Attici quarti saeculi scriptores vocem obsoletam magis magisque respuerunt. Quae res multo facilius inde explicatur, quod vox vere Attica *φονεύω* in tragoedia maxime et apud Thucydidem, priscae dictionis amatorem conservabatur, cum Platonem locis allatis iudiciali sermone uti Dienerus vidisset, „in quo voces obsoletas diu servari“ vir ille doctus adnotavit (vide p. 72). Id bene consentit cum usu vocis *φονεύς*, quae et ipsa V. saeculo frequentior quam IV. apud Demosthenem et Aeschinem eiusque aequalis vix unquam reperitur.

#### ΔΙΑΒΑΛΛΩ.

In hoc verbo Dieneri egregia industria, qua p. 29 rem tractavit, nihil nobis relictum est, nisi ut eius locorum collectionem repetamus et explicemus, quae inde sequantur de origine vocis.

*διαβάλλω* apud vetustiores poetas non reperitur. Apud Aeschylum autem, Herodotum, Thucydidem, ubi primum in lingua Graeca adhibetur, sensu locali ponitur et valet „traicere“. Mox vero in tratatam calumniandi significationem transiit, quam legis inde a Theognide 324 et Pindaro Pyth. II. 76 et frg. 283 apud plerosque

Graecos scriptores. Loci autem, ubi *διαβάλλειν*, sicuti *παραβάλλειν* „accedere“, significat „traicere“, hi fere sunt: Aesch. frg. 69. 3 chor. *δέπας ἐν τῷ διαβάλλει πολλὸν οἰδμάεντα φορᾷ δρόμου πόρον σὺνδεις* rest. M. Schmidt; Eur. Suppl. 931 trim. *φυγῇ πρὸς Ἄργος διαβαλεῖν*, Rhes. 117 trim. *γεφύρας διαβαλοῦσι*. Haec testimonia exstant apud tragicos poetas. Tum apud Iones Herodotus exempla praebebat V. 34 *ἐπεὶ τε διέβαλον ἐκ τῆς Χίου τὰς νέας ἐς τὴν Νάξον*, simil. V. 33; VI. 44 *ἐκ μὲν Θάσου διαβαλόντες πέργην*, simil. IX. 114. Apud Athenienses autem hunc usum valuisse testis quidem dubii plenus est Thucydides, qui scribit II. 83 (*αὐτῶν*) *ἐκ Πατρῶν τῆς Ἀχαιας πρὸς τὴν ἀντίπερας ἤπειρον διαβαλλόντων*, VI. 30 *ὡς ἐκεῖθεν . . τὸν Ἴόνιον διαβαλοῦσιν*, VI. 44 *ἀ* (sc. *πλοῖα*) *τότεπάντα ἐκ τῆς Κορκύρας ξυνδιέβαλλε τὸν Ἴόνιον κόλπον*. Quod vero hic usus ab Attica consuetudine non abhorret, gravissimus testis est Demetrius, veteris comoediae poeta (cf. Meinekii hist. crit. 264sq.), qui paulo post annum 408 scripsit frg. 1 (Kock I. 795, Mei. II. 876) *διεβάλομεν τὸ πέλαγος εἰς Μεσσαπίους*. Recentiorum denique scriptorum imitatores Plutarchus Ant. 62, Arrianus, Cassius Dio vocem hoc sensu instructam exhibent.

Haec habemus, quae de voce *διαβάλλειν* dicenda sunt, nam longum est exemplis comprobare, quod inter omnes constat, localem sensum priorem et originarium esse, quem quod apud Aeschylum legimus, mirum non est.

### ΟΡΓΗ.

Eadem fere atque de antecedente voce nobis adnotanda sunt de voce *ὄργη*, de qua Dienerus l. c. p. 15sq. egregie quaestionem explanavit, ut praeferamus gravissima tantum eius argumenta afferre, ne totam quaestionem sine novi aliquid afferendi spe repetamus.

De stirpe eiusque sensu originario cf. Prellwitzii lex. etymol. s. v. *ὄργας* „strotzend . .“ et *ὄργάω*, praeterea *ὄργη* eiusque derivata *ὄργιζω*, *ὄργαίνω*, *ὄργιλος*. Verbum quidem *ὄργάω* significat „turgere“ et „vehementer cupere“ et Atticum est, velut apud Aeschylum legitur Choeph. 454 (441) chor. *τὰ δ' αὐτὸς ὄργα μαθεῖν* (Scal. pro *ὄργᾳ*). Exstat etiam apud Thucydidem II. 21, II. 108, VIII. 2 et Aristophanem Lys. 1113 trim., av. 462 anap. al. Substantivum autem *ὄργη* significat innatam animi vim, sive „indolem“ sive „cupiendi impetum“ imprimis ira commotum. Hanc

quidem significationem apud quemlibet scriptorem Graecum legis, illa autem solummodo apud vetustiores servata est.

Repreitur apud poetas inde ab Hesiodo opp. 306 *κηφήνεσσι κοθύροις εἴκελος ὀργήν*, simil. h. Cer. 205, Theogn. 312, 964, Pind. Pyth. I. 89, IX. 43 saep., Bacchyl. frg. 34 Bl. Nec non tragici poetae eam exhibent velut Aesch. Suppl. 763 (729) trim. *ἀνοσίων τε κνωδάλων ἔχοντας ὀργάς*, schol. *τὴν βίαν.*, Prom. 80 trim. *ὀργῆς τε τραχύτητα*, simil. Soph. Ai. 640 chor., 1153 trim., Ant. 956 chor., Eurip. Tro. 53 trim.

Hanc significationem apud Iones etiam in prosa oratione valere demonstravit Dienerus locis Herodoti III. 131, *πατρὶ . . . ὀργήν χαλεπῶ*, VI. 128, I. 73(?) et Hippocratis *π. ἀερ. ὕδ. τοπ.* 16, 24 I. 58. 7, 70. 1, 71. 2 Klw. al., cf. Erot. p. 6. 9 *ὀργάς γὰρ τοὺς τρόπους ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι κτλ.* Verum etiam apud Athenienses cum Thucydides I. 130 *τῇ ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ ἔχρητο*, III. 82 *τὰς ὀργὰς τῶν πολλῶν* velut paulo ante dixerat, *φύσις* (cf. Suid. s. v. *ὀργῇ παρὰ Θουκυδίδη ἀντὶ τοῦ διανοίᾳ τρώπῳ σκοπῶ*), tum Aristoph. equ. 41 trim. *ἄγροικος ὀργήν*, Plato Legg. X. 908E *ἄνευ κακῆς ὀργῆς τε καὶ ἡθους*, Aeschin. 2. 179 *γυναικείῳ ἀνθρώπῳ τὴν ὀργήν* eundem atque tragici poetae sensum usurpaverunt. Quibus causis commotus iam Dienerus negavit hunc usum „ad dicendi consuetudinem Ionum propriam sive eis imprimis familiarem“ recedere.

### ΣΥΜΦΟΡΑ.

Tertio loco afferatur nomen ἡ συμφορά, quod apud vetustiores scriptores notione media de eo, quod accidit, ponitur, mox autem in malam partem deversum inexpectatum eventum, calamitatem significat, cf. Dieneri p. 14. Omissis illis locis, ubi malum eventum significat, vox, velut Simonides dixit frg. 14 *πῖνε πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς* sc. *ἔσθλοῖς* (schol. Ar. equ. 406), apud tragicos poetas notione media usurpatur his locis: Aesch. Ag. 24 trim. *τῆσδε συμφοραῖς χάρων*, Choeph. 1064 (1061) trim. *καιροῖσι συμφοραῖς*, Eum. 1031 (1009) trim. *εὐάνδροισι συμφοραῖς*. Nec aliter intelligendum est illud Eum. 897 (879) trim. *τῶ γὰρ σέβοντι συμφορὰς ὀρθώσομεν* et 1021 (998) chor. *οὕτι μέμφεσθε συμφορὰς βλον*. Item apud Sophoclem *συμφορά* est, quidquid geritur Oed. tyr. 33, 44, 515, Oed. Col. 1014, El. 1448, Trach. 1135 in diverbiis, Oed. Col. 1470 in cantico, laetum vero eventum indicat El. 1230 trim. *κάπι συμ-*

φοραῖσι μοι γεγηθὸς ἔρπει δάκρυον ὀμμάτων ἀπό. Neque etiam Euripides hunc usum fugit, cum diceret Alc. 1155 trim. ἐπ' ἐσθλαῖς συμφοραῖσιν, Ion. 536 troch. συμφορᾶς τίνος κυρῆσαι;

Cum illis certe Ionum consuetudo consentit, cuius rei testis est gravissimus Herodotus, cum dicat VII. 49 αἱ συμφοραὶ τῶν ἀνθρώπων ἄρχουσι καὶ οὐκὶ ὄνθρωποι τῶν συμφορῶν vel I. 32 οὕτω ὢν πᾶν ἔστι ἄνθρωπος συμφορῆ, quod vertit Schweighäuser „omnibus modis homo fortunae casibus obnoxius est.“ In malam autem partem vox per se media vertitur non sine apposito adiectivo I. 41 συμφορῆ ἀχάριτι, simil. VII. 88, 190. Praeterea et is vocem de calamitate saepius usurpat. At ne qui forte contendat tragicos poetas hac in re ab Ionibus pendere, vestigia quamvis exigua congressimus, quibus comprobetur hunc usum ab Atheniensibus alienum non fuisse. Quorum gravissima Aristophanes servavit, quem cum sermonem tragicum non illudat neque poetice loquatur, merae Atthidis testem esse persuasum habemus equ. 655 trim. ἄνδρες, ἦδη μοι δοκεῖ ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγεμέναις εὐαγγέλια θύειν ἑκατὸν βοῦς τῆ θεῶ, schol. μέσον δὲ ὄνομα ἢ συμφορὰ . . Lys. 1276 trim. ἐπ' ἀγαθαῖς συμφοραῖς. Praeterea Thucydides semel I. 140 hanc dictionem usurpavit, πρὸς δὲ τὰς ξυμφορὰς καὶ τὰς γνώμας τρεπομένους de iis, qui sententiam cuilibet eventui adaptant, semel etiam Plato Legg. IV, 709A, quo in libro eum obsoletum sermonem imitari notum est, τόχαι δὲ καὶ ξυμφοραὶ παντοῖαν πλιπτοῦσαι παντοίως.

### ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

His tribus vocibus, quas sensu originario priscas Atticas fuisse cum per se in aperto<sup>1)</sup>, tum testimoniis locupletissimis comprobatum est, adiungimus alias, de quibus, etsi res implicatior est, aliter iudicare non licet.

<sup>1)</sup> Ne quis putet nos omnia verba, quae speciem vetustatis prae se ferrent, inter priscas Atticas posuisse, exempli gratia duorum mentionem facimus, de quibus aliter iudicetur oportet. Ac primum quidem est verbum ἡ Ἑλλάς adiectivi significatione instructum. Nemo certe est, quin sciat has formationes in -άς -ίς originarie fuisse adiectiva, velut in hanc modum poetis frequentissime formata sunt feminina, cf. Papii lexicon etymologicum p. 208. Quare non dubium videtur esse Aeschylum (cf. Wittekind p. 30, Diener p. 43, Rutherford p. 21) priscam consuetudinem servasse, cum diceret Pers. 2 anap. Ἑλλάδ' ἴς

*ἐπιστολή* apud Graecos et „mandatum“ et „epistula“ est, qua in re mirus tragoediae et Iadis dialecti consensus conspicitur. Nam ut his sensus „mandati“ communis est, ita altera significatio Atticorum recentiorumque scriptorum propria videtur esse, qua de re priusquam iudicare studeat aliquis, universam illius stirpis memoriam perquirat, profectus a verbo simplici *στέλλω*.

*αἶαν*, simil. *ibid.* 186 trim., 271 (269) chor., 809 (800) trim. Suppl. 243 (233) trim., Ag. 429 (412) chor., Ag. 109 chor. *Ἑλλάδος ἦβας* (repet. ab Aristophane ran. 1285), quem sequitur Sophocles Phil. 223 trim. *Ἑλλάδος στολής*, 256 *Ἐ. γῆς*, Trach. 1060 trim. *οὐδ' Ἑλλάς οὐτ' ἄγλωσσοσ (γαῖα)*, audacius de homine frg. 16 ap. Antiatt. p. 97, 4 *Ἑλλάς ὁ ἀνὴρ* cf. Nauckii notam. Euripides denique ter et vicies sic scripsit. Hac vero dicendi consuetudine tragici poetae ab omnibus fere poetis aequalibus et vetustioribus differunt, nam Homero I 478 saep. ἢ *Ἑλλάς* urbs Thessaliae est, cf. Ebelingii lex. Hom. Ex quo autem tota Graecia vocata est ἢ *Ἑλλάς*, id est inde a VII. saeculo, haec vox substantivi vim habuit, cf. Hesiod. opp. 653, Alcman. frg. 40, Pindar. decies (cf. lex. Rumpelii), Simonid. frg. 4, 7, 93. 1 et saep., Bacchyl. 3. 63, recentiores omnes. Tantummodo Iones originariam adiectivi significationem conservaverunt, quorum testimonia sunt Xenophanis Colophonii frg. 8. 2D *ἀν' Ἑλλάδα γῆν* (contra frg. 6. 3 *Ἑλλάδα πᾶσαν*), Theognidis, cuius sermonem a poetis elegiacis secernere non licet, 247 *καθ' Ἑλλάδα γῆν*, Herodoti VII. 135 *Ἑλλάς γῆ*, II. 56 *Ἑλλάς γλῶσσα*, simil. II. 137, 143, 144, 154, IV. 78, 110, 155, 192, VI. 98, VIII. 135, IX. 16; IV. 12 *πόλις Ἑλλάς*, simil. V. 93, VII. 22, 115. Accedit singularis Thucydidis locus VI. 62 *Ἑλλάς πόλις*, quem ad tragoediam potius quam ad Iones recurrere verisimile est. Facile concedimus rem nullo modo enucleatam esse, nam nosmet ipsi iterum atque saepius confirmavimus hoc fortuito consensu tragoediae cum Herodoto nihil profici; cur non adversus morem totius Graeciae apud Athenienses aequae atque apud Iones originaria vis vocis *Ἑλλάς* servata esse potuit? Vestigium quidem quamvis incertum huius rei vidit Meisterhans l. c. p. 226 in eo, quod talia adiectiva pro substantivis usurpata semper articulo coniunguntur, id quod in voce ἢ *Ἑλλάς* in inscriptionibus Atticis fit. Quare in hac quidem quaestione iudicium retineatur.

Paulo explanatior res est in voce *τιμάροσ*, quinque in diverbio apud Aeschylum obvia (cf. p. 4), quae sensu adiuvandi instructa est Ag. 514 (492) *τόν τ' ἐμὸν τιμάρορον Ἐρμῆν*, schol. *βοηθόν*, item Suppl. 43 chor. *Δίον πόρτιν . . τιμάρορα*. Pindarus quoque exhibet Ol. IX. 84 *ἦλθον τιμάρορος*, schol. *ἐπαινετής τιμητής*, verbotenus „adiutor“. Dienerus l. c. p. 18 comprobavit *τιμωρία* vocem apud Herodotum, Hippocratem, Thucydidem significare „auxilium, subsidium“, unde elucet hanc adiuvandi significationem apud vetustiores pedestris sermonis scriptores valuisse, alteram autem ulciscendi recentiori aetati tribuendam esse. Attamen Aeschyli consuetudo propter sonorum rationem, si hi quidem recte traduntur (cf. Hesychii *τιμήροσ βοηθός*) ad poesin choricam recedit eadem ratione, qua de Mess. quaest. de epigramm. Attico etc. p. 40sq. de vocibus in *-ανωρ* factis indicavit.



Illud verbum aequè ac plura simplicia raro ab Atticis scriptoribus usurpatum omnibus Graecis commune fuisse videtur. Sentit autem et „collocare in loco“ sive „transigere in statum“ et „mittere in locum“, praetermisso technico, ut ita dicam, verbi usu cf. Prellwitz. s. v. Inde ductum est *ἐπιστέλλω* eiusque substantivum verbale *ἐπιστολή*, quorum sensus arte inter se cohaerent.

*ἐπιστέλλειν* inde a tragicis poetis in omnibus Graecorum litteris obvium est. Aesch. Sept. 1012 (996) trim. *οὕτω μὲν ἀμφι τοῦδ' ἐπέσταλται λέγειν* „mandatum est“, sc. a Creone de funere Eteoclis; Ag. 908 (872) trim. *δμῶαί τί μέλλεσθ', αἷς ἐπέσταλται τέλος* sc. a Clytaemnestra; Eum. 205 (203) trim. *καὶ προστραπέσθαι τοῦσδ' ἐπέστελλεν δόμους (Ἀπόλλων)*; ibid. 743 (733) trim. *δοῖσις ῥικαστῶν τοῦτ' ἐπέσταλται τέλος*. Neque dubium est, qua cogitatione adducti Graeci illud compositum sic usurpaverunt, quia id, quod mandatur, *στέλλεται ἐπὶ τινα*, ut nostrates dicunt „zustellen“. Itaque *ἐπιστολή* „mandatum“ est Pers. 783 (774) trim. *κοῦ μνημονεύει τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς*, Suppl. 1012 (979), Prom. 3, frg. 293 in diverbiis. Eadem ratione ductus Sophocles dicit Oed. tyr. 106 trim. *τούτου (Lai) θανόντος νῦν ἐπιστέλλει (Apollo) σαφῶς τοὺς αὐτοέντας χειρὶ τιμωρεῖν τινα*, Ai. 781 trim. *πέμπει με σοὶ φέροντα τὰσδ' ἐπιστολάς Τεῦκρος φυλάσσειν*, simil. Oed. Col. 1601 trim. Paulo aliter vox usurpatur Trach. 493 trim. *ἀλλ' εἶσω στέγης χωρῶμεν, ὡς λόγων τ' ἐπιστολάς φέρης. . . (καὶ δῶρα ἄγης)*; unde iam videmus epistulam nihil esse nisi certum mandatum, quod nuntio aut verbis aut per libellum mandatur. Denique Euripides nonnullis quidem locis priscum usum retinuit, velut Troad. 1149 trim. *πρᾶσσε τὰ πεσταλμένα*, simil. Phoen. 863 trim., Heracl. 938 trim., El. 333 trim., Bacch. 442 trim. *Πενθέως δ' ὅς μ' ἔπεμψ' ἐπιστολαῖς* „cum mandatis“, simil. Iph. Taur. 1446 trim. Iterum mediam inter „mandatum“ et „epistulam“ significationem obtinet Hippol. 858 trim. *λέχους μοι καὶ τέκνων ἐπιστολάς ἔγραψε*, cf. Valckenaer. ad locum, qui vertit „testamentum“. Trachiniarum autem loco par est Iph. Taur. 770 trim. *ἐπιστέλλειν* „nuntiare“. Denique ipsam epistulam ita vocat Iph. Aul. 111, 314, Iph. Taur. 589, 767 in diverbiis.

In pedestri oratione similes significationum vicissitudines conspiciuntur. Atque Iones, cum obsoleta linguae elementa conservare soleant, in hac quoque voce originarium sensum testari inexpecta-

tum non est. Herod. IV. 131 οὐδέν οἱ ἐπεστάλθαι ἄλλο ἤ . . . „nihil sibi mandatum esse nisi . . .“, VI. 3, 97, VII. 223 simil. et IV. 10 τῆς ἐπιστολῆς μεμνημένην αὐτήν, VI. 50 ἔλεγε ταῦτα ἐς ἐπιστολῆς τῆς Δημαρχίου, „ex mandato Demarati“, non ex litteris. Contra ἐπιστέλλω notione media usurpatur III. 40 γράψας εἰς βιβλον τάδε ἐπέστειλε ἐς Σάμον, id est „per litteras Samiis nuntiavit“, ubi in aperto est Herodotum litteras non appellasse ἐπιστολήν, nam non video, cum non βιβλον illud ita vocaverit. Ubi epistolae mentionem facit, eam vocat γράμμα vel γραφή vel δελτίον. Accedit VII. 139 ἐπέστειλαν „nuntiaverunt“ sc. Lacedaemonii reliquis Graecis, quod Demaratus eis scripserat.

Apud Athenienses duo Cratini fragmenta dubii plena sunt, frg. 285 (Kock I. 96, Mei. II. 231) ἄκουε τήνδε τὴν ἐπιστολήν. Id vix differt ab Aeschylī frg. 293 (v. supra), etsi nullam imitationis notam habet; et frg. 224 (Kock I. 81, Mei. II. 142) ἐπέθηκην ἐπιστολήν. Haec verba per se ambigua Harpocraton, cui ea debemus, intellexit velut Demosth. 34. 28 „commisit epistulam“, quamquam potest etiam significare „mandatum“. Perucidior autem Aristophanis locus est nub. 608 troch. in parab. ἡ Σελήνη συντυχοῦσ' ἡμῖν ἐπέστειλεν φράσαι. Etiam Thucydides ita verbum usurpat velut I. 57 (Ἀθηναῖοι) ἐπιστέλλουσι τοῖς ἄρχουσι τῶν νεῶν Ποτιδαιατῶν τε ὁμήρουσ λαβεῖν, VIII. 72 ἄλλα τ' ἐπιστέλλαντες τὰ πρόποντα εἰπεῖν, simil. I. 91, III. 4, IV. 8 (τὰ ἐπεσταλμένα), V. 37 bis. Contra „nuntiare“ est VII. 14, VIII. 38, 50, 99, „mittere cum mandato“ II. 6. Ἐπιστολή vero apud Thucydidem nusquam mandatum est, sed epistula, ita tamen, ut veritas VIII. 45 mandatum per litteras missum, VIII. 33, 51 bis nuntius per litteras traditus, alioquin ter et decies epistula. Recentissimi denique scriptores, qui priscam huius stirpis significationem exhibent, sunt Plato et Xenophon. Primum quidem verbum Plato sexies notione mandandi usurpat, velut Phaed. 115B τί δὲ τούτοις ἢ ἐμοὶ ἐπιστέλλεις; sim. Tim. 71D, Phaedr. 278B, Phaed. 116B, Soph. 235B, Polit. 300D. Ἐπιστολή de litteris apud eum non legitur praeter litteras spurias, de mandato autem Tim. 71D μεμνημένοι γὰρ τῆς τοῦ πατρὸς ἐπιστολῆς, Crit. 119C κατὰ ἐπιστολὰς τὰς τοῦ Ποσειδῶνος. Utrumque locum potius poeticae quam cottidianae consuetudini attribuas. Atque Xenophontis copia verborum, ut est ampla et commixta, ἐπιστέλλω omnibus, quas novimus, significationibus instructum offert, cf. Sturzii lex.,

ἐπιστολή autem undecies de epistula, semel tantum de mandato Cyr. inst. 5. 5. 4. κατὰ τὴν Κύρου ἐπιστολήν.

Apud recentiores omnes ἐπιστολή de litteris, Latine epistula in usu est, cum mandatum vocetur ἐντολή, ut non sine causa scriptum sit sch. Prom. 3 δὶχα φασὶν Ἀθηναῖοι ἐπιστολὰς καὶ ἐντολὰς. Nec verbum ἐπιστέλλω aliter usurpatur nisi de mittendis litteris aliisve rebus.<sup>1)</sup>

Iam ad initium disputationis redire licet, postquam testimoniis comprobatum est ἐπιστολή vocem et in tragoedia et apud Iones esse mandatum, cuius significationis exemplum nullum apud Athenienses reperitur, quod in dubium vocatum non sit. Tamen hanc inter priscas Atticas posuimus, nam primum quidem in verbo ἐπιστέλλω mandandi notio Atheniensibus consueta fuit; tum vero significationes supra commemoratae ita inter se cohaerent, ut tragicoionica primaria videatur fuisse, ex qua Attica facta est, cum notio mandati transferretur ad certum quoddam mandatum, id quod loco Trachiniarum satis comprobatum est. Nullo igitur modo ἐπιστολή „mandatum“ a prisca Atheniensium consuetudine alienum erat, atque epistulae significationem his solis vindicamus.

### KATHΓΟΡΩ.

Cum hoc loco quaestionem de significato vocum κατήγορος, κατηγορέω adnectamus, eo ipso indicamus earum memoriam eadem condicione uti atque antecedentium vocum. Κατήγορος apud Athenienses is est, qui accusat, κατηγορεῖν igitur accusare, qua de re verba facere longum est. In tragoedia autem vocibus illis alius sensus subest, de quo nobis disserendum est. Sed videamus testimonia.

Aesch. Sept. 439 (422) trim. τῶν τοι μάταλον ἀνδράσι φρονημάτων ἢ γλῶσσ' ἀληθῆς γίνεσται κατήγορος „lingua fit

<sup>1)</sup> Non in nostram quaestionem cadunt cum ἐπιστολάδην [Hesiod.] scut. 287, quod ductum est de voce στολή, vestimenti genere, tum ἐπιστολεύς Xen. Hell. 1. 1. 23 saep., Plut. Lys. 7, Pollux. I. 96, qui secundo loco classem Lacedaemoniorum iussit. στόλος „agmen“ praecipue de classi usurpatur cf. Herod. I. 4, V. 43, Xen. Cyr. 3. 1. 19, cuius dux ἐπὶ τοῦ στόλου est, velut Graece dici solet οὐ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, οὐ ἐπὶ τοῦ ὀρύγματος, οὐ ἐπὶ τῶν ὀπλων, unde hypostasi quadam ἐπιστολεύς factum est, velut ἐπιγραφεύς non is est, qui ἐπιγράφει, sed qui ἐπὶ τοῦ γράφειν, ὁπόσον ὀφείλουσιν εἰσφέρειν (Harpocr.) est et συμφορεῖς Xen. Hell. 6. 4. 14 „ὁ σὺν τῇ φερέῃ“ id est comes, nam φερά fere idem ac στόλος.

accusator“ vel „indicator“, quod sensui vocis melius respondet, cum respicias eam in bonam quoque partem verti Ag. 271 (258) trim. εὖ γὰρ φρονοῦντος ὄμμα σοῦ κατηγορεῖ, „oculus tuus indicat te benevolentem esse“. A Sophocle haec stirps sic usurpatur, ut significet aut „prodere“ Ai. 906 trim. δῆλον· ἐν γὰρ οἱ χθονὶ πηκτὸν τόδ' ἔγχος περιπετὲς κατηγορεῖ aut „loqui contra aliquem, obiurgare aliquem in aliqua re“ Oed. tyr. 514 trim. κατηγορεῖν μου τὸν τύραννον Οἰδίπουν „Oedipoda in me dicere“, simil. 529 trim. Hic usus prope accedit ad accusandi notionem, cum Trach. 814 trim. revera κατήγορος sit is, qui accusat. Tum Euripides semel contra Atticam consuetudinem dixit frg. 690 trim. τό γ' εἶδος αὐτό σου κατηγορεῖ σιγῶντος.

Ad Aeschylum artissime se applicat Herodoti III. 115 τοῦτο μὲν γὰρ ὁ Ἡρόδανός αὐτὸ κατηγορεῖ τὸ ὄνομα ὡς ἔστι Ἑλληνικόν „indicat, proloquitur“. Ceteroquin is κατηγορεῖν notionem accusandi, κατήγορος accusatoris dicit, si Schweighäusero fides habenda est. Verum etiam Xenophon in institutione Cyri exhibet 1. 4. 3 ὁμῶς ἐμφανεῖται τὸ νεαρόν αὐτοῖς, ὃ κατηγορεῖ τὴν ὀλιγοστίαν „quod indicat exiguum annorum numerum,“ simil. Oecon. 20. 15 ἀλλ' ἢ ἐν γεωργίᾳ (τέχνῃ) ἔστι σαφῆς ψυχῆς κατήγορος κακῆς.

Hunc usum aetate remotiore apud Athenienses non ignotum fuisse primum quidem iam inde concluditur, quod notio indicandi in voce κατηγορέω sine dubio prior originariaque est. Nam κατηγορεῖν est loqui κατὰ τινος, quod si usum praepositionis κατὰ c. gen. conferas, duplicem sensum habet et „de aliquo“ et „adversus aliquem“. Tum vero, quod gravissimum est, vestigia apud Atticos scriptores quamvis exigua non desunt. Thucydides quidem ter et decies κατηγορεῖν notionem accusandi usurpavit, sed I. 91 dixit σαφῶς κατηγοροῦντων de hominibus, qui Spartam nuntiaverunt muros construi, et VIII. 92 εἰ μὴ παρακληθεῖσαι ἤκειεν ἐφ' ὅσπερ καὶ αὐτὸς αἰεὶ κατηγόρει „ea condicione, qua et ipse semper indicabat sc. id facere, quod in illo capite commendatur. Xenophontis autem locos Herodoteis adneximus, examinandus igitur relinquitur Plato, qui tricies κατηγορεῖν, decies κατήγορος sensu consueto exhibet, sed Phaed. 73B ἐνταῦθα σαφέστατα κατηγορεῖ ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, Theaet. 167A οὐδὲ κατηγορητέον „nec praedicandum est“ (in ore Protagorae), Alc. I. 105A νῦν δὲ ἔτερα αἰὲ κατηγορήσω διανοήματα, ibid. 118D ὡς ὁ λόγος σου κατη-

γορεῖ καὶ σὺ σαυτοῦ. Quae cum ita sint, ne ii quidem, qui de dictione Thucydidis dubitent, contendent Platonem adeo *ἰωνίζεω*, ut quatuor illis locis ab Ionibus pendeat.

Inde ab Aristotele *κατηγορία* „praedicamentum“ terminus quem dicunt technicus sermonis philosophici est, item *κατηγορεῖν* „praedicare“. Num autem apud oratores quoque hunc sensum reperias, dubium est, velut Demosth. 45. 20 *ἔστι δὲ τοῦτ' αὐτὸ τὸ δηλοῦν καὶ κατηγοροῦν*, ubi utrumque verbum non idem valet, cum posterius notionem prioris augeat: „res, quae prodat et accuset“.

Iam concludamus, nam in aperto est vocis *κατηγορεῖν* sensum originarium esse „praedicare“, qui tempore procedente abierit in artiores fines certi et definiti praedicamenti, id est accusationis.

### AKPATHΣ.

Denique vox *ἀκρατής* eadem condicione utitur, etsi non sine fallaci veri specie a Wittekindio p. 22 inter Ionicas posita est, cum et in tragoedia et apud Iones adhibeatur de homine debili corpore praedito, apud Athenienses autem de homine, qui se ipsum continere non possit. Et id rectissime vidit vir ille doctus; tamen quae inde conclusit, nullo modo ei concedimus. Nam a principio elucet eum esse *ἀκρατή*, quem vires seu corporis seu animi deficient, quia non habeat *κράτος*. Quodsi Athenienses hanc vocem ab anno 420 non adhibuerunt nisi tralate de animi viribus, hoc nihil probat de tragoedia uno saeculo priore. Itaque sensus, quem Wittekind vocat Ionicum, sine dubio primarius est, Atticus tralatus, ut res, si compares voces *ἀμφιδέξιος*, *μεταλχμιος* supra tractatas, in hoc verbo plane opposita sit. Namque illa significationis mutatione efficitur, ut *ἀκρατής* „debilis“ sit commune verbum, „incontinens“ autem peculiariter Atticum. Neque dubium est, cum Attice loquerentur *ἀκρατής θυμοῦ* (Plato), *δργής* (Thuc.), quin vetustiores dixerint *ἀκρατής γλώσσης* (Aesch.) „qui lingua uti non potest“ vel *ἀκρατὲς γήρας* (Soph.) „senectus membrorum impotens“. Loci sunt apud Iones Hippocratis permulti, quibus nuper ex titulis additus est C.-B. III. 2, 5461. 15 Thasius (*δργος* etc.) *ἀκρατῆ ἔστω*] „ne valeant“, ibid. 5653 c 8 Chius *δ]ς τὰς πρῆσις ἀκρατέα[ς] ποιῆ*. Apud tragicos poetas sunt Aesch. Prom. 884 (882) anap. Soph. Oed. Col. 1236 chor. Non negamus scilicet primarium

sensum apud Athenienses plane defecisse, ut Aristotelis usum p. 744 a 31 ἀκρατῆς κεφαλῆς inter Ionismos eius recte computes<sup>1)</sup>).

Rei explanandi gratia memoriam vocis oppositae ἐγκρατῆς congressimus, quae eandem sensus mutationem passa est; est enim primarie „potens, validus“, tralate „contingens“, quae significationes temporum, non dialectorum ratione seiunctae sunt. Nam in tra-goedia, apud Herodotum, Thucydidem illa valet, hanc iuxta illam inde a Platone legis.

Aesch. Prom. 55 trim. ἐγκρατεῖ σθενεῖ. Soph. Oed. tyr. 941 trim. οὐχ ὁ πρόεδρος Πόλυβος ἐγκρατῆς ἐπι; Phil. 75 trim. τόξων ἐγκρατῆς, Oed. Col. 1022 trim. ἐγκρατεῖς (sc. τῶν παιδῶν) φεύγουσι, absolute Ant. 474, 715 trim. Nec aliter Ibyc. frg. 1. 10 ἐγκρατέως, Herodotus VIII. 49 χωρέων ἐγκρατέες, IX. 106 δκη τῆς Ἑλλάδος, τῆς αὐτοὶ ἐγκρατέες ἦσαν. Thucydides quoque scribit V. 35 εἰ τοῦ ἄλλου ἐγκρατεῖς ἦσαν, I. 118 τὴν ἀρχὴν ἐγκρατεστέραν κατεστήσαντο, I. 76 et VI. 92 ἐγκρατῶς. Atque hic quidem usus non periit, nam conservatur apud Demosthenem 10. 62, 15. 8 al. et Polybium 1. 6. 3, 7. 5, 9. 8 al. Inde a Platone autem vox transfertur ad animi continentiam, velut dicit Phaedr. 256B ἐγκρατεῖς αὐτῶν καὶ κόσμοι ὄντες, simil. Legg. I. 645E; sic vocī ἀκρατῆς opponitur Legg. IV. 710A τοῖς μὲν ἀκρατῶς ἔχων πρὸς τὰς ἡδονὰς ξύμφυτον ἐξανθεῖ, τοῖς δὲ ἐγκρατῶς. Unde ducta est ἐγκράτεια „continentia“ Pol. III. 390B πρὸς ἐγκράτειαν ἑαυτοῦ vel IV. 430E ἡδονῶν τινῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια cf. Isocr. πρὸς Δημόν. 21 ἐγκράτειαν ἄσκει. Recentiore denique aetate utramque significationem legis. Nobis vero finis faciendus est huius quaestionis, postquam in voce ἐγκρατῆς id demonstravimus testimoniis satis multis, quod propter fontium exiguitatem in voce ἀκρατῆς iam non conspicitur, etsi dubium non est, quin huius vocis condicio apud Athenienses eadem atque illius fuerit.

### ΣΑΦΗΝΗΣ, ΣΑΦΗΝΙΖΩ.

Num etiam σαφήνης eiusque derivata priscae Atthidi recte tribuantur, in dubium vocare non licet, cum nomen abstractum ἡ σαφήνεια apud Platonem et Isocratem legas. Tamen res accu-

<sup>1)</sup> Vix aliter iudices de voce προπειτής, de qua Wittekind eodem loco disseruit, quam non tangimus nisi praetereundo, quippe quae apud Aeschylum obvia non sit.

ratius tractanda est, postquam Wittekind p. 32 vocem inter Ionicas posuit, cf. Rutherford l. c. p. 21 et 174, Immisch, Neue Jahrb. V. p. 410, qui de usu Xenophonteo disseruit.

Est adiectivum *σαφής*, *ἄσαφής* inde ab hymno in Mercurium 208, in Cererem 149 universis Graecis notissimum. Etiam vetustius est adverbium *σάφα*, quod inde ab Homero (*σάφα οἶδα*) apud Iones, Athenienses, Dorenses vetustiore quidem aetate notum fuit. Testes sunt apud Iones Hippocrates *ἐπιδ.* δ' 25, ε' 80, ζ' 85 L. V. 168, 250, 444 al., apud Athenienses Aristophanes Pl. 889, ran. 75, 296 trim. al. Antiphon π. χορ. 18, apud Dorenses [Epicharmus] frg. 254. Nec dubium est, quin *σάφα* in tragoediam ex Attica consuetudine profluxit velut Aesch. Pers. 337 (335), Suppl. 740 (706), Prom. 504 (506), Ag. 1368 (1322)sq., 1616 (1587), Choeph. 574 (561) frg. 199. 2 in div., item apud Soph., Eur., Pind. saep.

Ab hac stirpe adiectivum *σαφηνής* ductum est, velut apud Graecos formatum est *προσηνής*, *αἰηνής*, cuius suffixi sensum explicavit Wackernagelius, verm. Beiträge p. 7. Illius adiectivi et derivatorum usum certis finibus circumscriptum esse e testimoniis servatis elucet, quorum apud tragicos poetas haec exstant. Aesch.<sup>1)</sup> Pers. 634 (633) chor. *σαφηνῆ ἰέντος . . . βάγματα*, ibid. 738 (729) troch. *λόγος κρατεῖ σαφηνής*, Sept. 67 trim. *σαφηνεῖα λόγου*, Prom. 781 (779) trim. *φράσω σαφηνῶς*, ibid. 227 (230) et 621 (620) trim. *σαφηνιζῶ = δηλώω*, quod verbum etiam Choeph. 678 (659) trim. exstat. Accedit Sophoclis locus Trach. 892 mel. XO. *τί φωνεῖς; TP. σαφηνῆ*. Neque Pindari locum a tragico sermone seiungimus, qui exhibet Ol. X. 55 *τὸ δὲ σαφανές*, et ex Epicharmi loco frg. 99. 8K *πάντα δ' εἶ σαφα[νέως πνυθόμε]νος* suppl. Blass vix concludas hanc formam Dorensibus notam fuisse. Quae sententia dubio non caret, quia fragmentum illud sermonem epicum nec non tragicum (cf. scholia adscripta) illudit.

Apud Iones quidam haec verba usitata erant, velut Theognis dicit 963 *πρὶν ἂν εἶδης ἄνδρα σαφηνέως*, et Herodotus praeter *σαφῶς* etiam *σαφηνέως* exhibet I. 140, III. 122, VI. 82, ex scriptis autem Hippocrateis enotavi π. φύσ. παιδ. 18, L. VII. 504 *σαφηνίη*, π. ἑπταμ. 8 L. VII. 450 *σαφηνιζῶ*, cum verbum

---

<sup>1)</sup> Dubius est locus Choeph. 197 (189) trim. *σαφηνῆ*, ubi scribendam videtur esse *σάφ' ἦν ἦ*.

*διασαφηνεῖν* (vide Papii lex.) apud Hippocratem non exstet nisi in epistulis spuriiis.

Tum Xenophon huius stirpis derivatum *σαφηνίζω* et *διασαφηνίζω* frequenter adhibuit his locis Cyri inst. 8. 4. 4, 5, 7. 9, 8. 16, mem. 4. 3. 4, 7. 6, hell. 7. 5. 21, oecon. 20. 13, resp. Lac. 2. 1, 4. 3, apol. 1, cuius scilicet loquendi consuetudine de Attica dialecto certe non docemur. Haec enim verba a scriptoribus quidem vere Atticis respuuntur; contra usus abstracti nominis *σαφήνεια* Atheniensibus adeo non insuetus est, ut inde concludere liceat stirpem auctam *\*σαφ-ησε-* iuxta *\*σαφ-εσ-* in prisca Aththidi usitatam fuisse, ita tamen, ut dicerent *σαφηνήs ἀσαφήs*, velut *φανερός ἀφανής*, *φωνήεις ἀφωνος*, *ὄληεις* vel *ὄλικός ἄυλος*. *Σαφήνεια* igitur reperitur apud Antiphontem κ. φαρμ. 13 τῶν πραχθέντων τὴν σαφήνειαν πυνθέσθαι et saepissime apud Platonem Polit. 262C *σαφηνείας ἔνεκα*, Soph. 254C, Phaedr. 277D, Phil. 57C, Pol. V. 478C, VI. 509D, 511E, VII. 524C, Legg. VII. 812D. Etiam Isocrates hanc vocem non contempsit π. ἀντιδόσ. 189.

Iam peracta sunt, quae in nostram quaestionem cadunt testimonia, libet tamen quamvis brevissimis usum aetatis recentioris adumbrare. Et Aristoteles quidem cum *σαφήνεια* tum *σαφηνίζεν* saepius scripsit, semel *διασαφήνισεν* (v. l. *διεσαφήσεν*) p. 986 b22, neque linguae communis scriptores has voces respuerunt velut Polyb. 3. 36. 2 *σαφήνεια*, LXX. II. Macc. 3. 9, *διασαφηνίζω*, idem aut *διασαφηνέω* in epist. Hippocr.; denique *σαφήνεια* apud rhetores terminus quem vocant technicus est et dilucidum orationis genus significat apud Dionys. Hal. al.

### ΦΕΡΕΓΓΥΟΣ, ΕΧΕΓΓΥΟΣ.

Etiam alia vox, *φερέγγυος*, apud Aeschylum, Thucydidem, Herodotum obvia iniuria Ionibus solis attribuitur, cum prisca Attica sit, cf. Wittekind. p. 32. Testimonia haec sunt:

Aeschylus in Septem heroum tragoedia singulos viros, qui hostibus ab Eteocle opponuntur, *φερεγγύους* vocat, nam *φερεγγύος ἔστι, ὅστις φέρει ἐγγύην*, cf. Hesych. φ. ἀξιόπιστος ἐγγυητής καὶ βεβαιωτής, ἔγγυος, βέβαιος. Illi igitur regi quasi praedes sunt victoriae, cf. Sept. 396 (379) trim. *τις Προϊτου πυλῶν κλήθρων λυθέντων προστατεῖν φερέγγυος*; simil. 449 (432), 471 (454), 797 (780) trim. nec aliter Eum. 87 trim. *σθένος δὲ ποιεῖν εὖ*



φερέγγυον τὸ σὸν (Apollinis). Accedit Sophoclis locus El. 942 trim. *τί γὰρ κελεύεις, ὦν ἐγὼ φερέγγυος*, schol. *φ. λέγεται ὁ ἀναδεξάμενός τι καὶ δυνάμενος ἀποτίσαι ὁλον ἀξιόχρεως κτλ.* „quid enim iubes, quod ego praestem?“

Eadem condicione Herodotus utitur, cum dicat VII. 49 (λιμήν) *δεξάμενός σευ τοῦτο τὸ ναυτικὸν φερέγγυος ἔσται διασῶσαι τὰς νέας* „portus . . incolumes naves tibi praestabit.“ Alter locus est V. 30 *αὐτὸς μὲν ὁμῖν οὐ φερέγγυός εἰμι δύναμιν παρασχεῖν τσαύτην, ὥστε . . . Aristagoras scilicet Naxiis morem non gerit, ut eis auxilio veniat, se ipsum polliceri non posse eis tantas copias mittere, quantis opus sit ad perficienda, quae cupiant, „illius rei se praedem esse non posse.“* Paulo aliter vertit Schweighäuserus „sufficiens, idoneus et satis validus ad praestandum alqd.“, sed licet sensum vocis supra explanatum hoc quoque loco tenere. Denique Thucydides vocem exhibet VIII. 68 (Phrynichus) *πολύ τε πρὸς τὰ δεινὰ, ἐπειδήπερ ὑπέστη, φερεγγύατος ἐφάνη*, schol. *ικανώτατος*, hoc est „Phrynichus, quoniam oligarchis anni 411 se applicavit, maxime atrocium rerum praes esse visus est.“

Eadem vox munere nominis proprii fungitur apud Cyrenaeos in titulo tertii fere saeculi C.-B. III. 2, 4835. 19 <Φ>ερεγγύο[v]. Id iam satis probat vocem etiam extra Asiam minorem notam fuisse, vel in Dorica urbe. Accedit vero, ut non solum Attici scriptores, dico Aeschylum et Thucydidem, voce eadem atque Herodotus libertate utantur, sed etiam formatio adeo vetusta et obsoleta sit, ut eam hac sola causa adducti aetati antehomericae attribuamus. Nam omnes, quae eadem ratione formatae sunt voces ineuntes a stirpe verbali *ἀγε- ἀρχε- ἔλκε- ἔχε- λεχε- μενε- στρεφε- φερε*<sup>1)</sup> pervetustae et ne una quidem aetate posthomerica formatae sunt. Unde sequitur vocem *φερέγγυος* ad aetatem Atheniensibus et Ionibus communem recedere.

Tertiam denique causam inde haurire licet, quod *ἐχ-έγγυος* oppositum vocis *φερ-έγγυος* adiectivum aequè formatum apud Athenienses V. quidem saeculi non ignotum fuit velut Thucydides scripsit III. 46 *οἴκουν χρεὶ οὔτε τοῦ θανάτου τῆ ζήμια ὡς ἐχεγγύω πιστεύσαντες χεῖρον βουλευσασθαι*, cf. Hesych. s. v. *ἐχεγγύω*.

<sup>1)</sup> cf. Osthoff, das Verbum i. d. Nominalbildung, Jena 1878, p. 137, Brugmann, griech. Gramm. § 156. 1.

πιστῶ βεβαίῳ ἐξ αὐτοῦ ἔχοντι τὴν ἐγγύην, ut veritas „neque capitae damnationi velut quae praestet (sc. republicae salutem in futurum tempus) fidem habentes deterius consulere necesse est.“ Itaque rem, cui fides habenda non sit, vocat ἀνεχέγγυος IV. 55 φροντο ἀμαρτήσασθαι διὰ τὸ τὴν γνώμην ἀνεχέγγυον γεγενῆσθαι ἐκ τῆς πρὶν ἀηθείας τοῦ κακοπραγεῖν. Similiter Sophocles Oed. Col. 284 trim. ὥσπερ ἔλαβες τὸν ἰκέτην ἐχέγγυον, schol. ἀσφαλῆ Atque Euripides Med. 388 trim. τίς γῆν ἄσυλον καὶ δόμους ἐχεγγύους ξένος παρασχών, item Andr. 192 trim., Phoen. 759 trim., frg. adesp. 494 trim. Apud Platonem autem non exstat, etsi Timaeus in lex. Platon. vocem exhibet. Contra recentiores scriptores eius scribendi generis, quo Plutarchus et Lucianus uti solebant, eam sensu contritiore „par, idoneus“ scripserunt, cum linguae communis testimonium certum adhuc repertum non sit.

Huius igitur vocis memoria ansam omnino non praebet, cur eam Ionibus vindicemus, nec vero licet eam a superiore voce discernere, praesertim cum veri speciem prae se ferat utramque vocem ex sermone Atticorum iudiciali haustam esse, in quo saepe vadiniorum mentio facienda erat. Alter igitur, cui sine cautelis creditur, ἐχέγγυος est, alter, cui praestat aliquis, φερέγγυος. Quae res ideo dubia manet, quod ne Solonis quidem legum sermonem satis exploratum habemus, qui quantum a IV. saeculi sermone afuerit, notum est ex fragmentis apud Lysiam or. 10 et 11 servatis.

### AKTH.

Praetermisimus adhuc vocem, quam iam Rutherfordius l. c. p. 11 firmo argumento adductus priscae Atthidi tribuit, quae quaestio nobis retractanda est, postquam Wittekind. p. 39sq. eam inter vocabula Ionica posuit.

ἀκτὴ notissima est vox in Graecorum poetarum sermone, in pedestri autem Herodoti fere solius sermone obvia tamen aliquando usitatior fuit, quod nomine proprio Ἀκτὴ comprobatur cum multis Graeciae gentibus tum Atheniensibus usitato. Itaque dubium non est, quin ἀκτὴ vox Attica fuerit. Hanc Rutherfordii expositionem et augebimus et confirmabimus, cum omnem vocis memoriam congeramus.

Initium igitur capiendum nobis est ab Homeri carminibus, qua de re conferas Ebelingii lex. Hom. s. v. Ἀκτὴ opposita est

φερέγγυον τὸ σὸν (Apollinis). Accedit Sophoclis locus El. 942 trim. τί γὰρ κελεύεις, ὦν ἐγὼ φερέγγυος, schol. φ. λέγεται ὁ ἀναδεξάμενός τι καὶ δυνάμενος ἀποτίσαι οἶον ἀξιόχρεως κτλ. „quid enim iubes, quod ego praestem?“

Eadem condicione Herodotus utitur, cum dicat VII. 49 (λιμήν) δεξάμενός σευ τοῦτο τὸ ναυτικὸν φερέγγυος ἔσται διασῶσαι τὰς νέας „portus . . incolumes naves tibi praestabit.“ Alter locus est V. 30 ἀπὸς μὲν ὑμῖν οὐ φερέγγυός εἰμι δύναμιν παρασχεῖν τσαύτην, ὥστε . . . Aristagoras scilicet Naxiis morem non gerit, ut eis auxilio veniat, se ipsum polliceri non posse eis tantas copias mittere, quantis opus sit ad perficienda, quae cupiant, „illius rei se praedem esse non posse.“ Paulo aliter vertit Schweighäuserus „sufficiens, idoneus et satis validus ad praestandum alqd.“, sed licet sensum vocis supra explanatum hoc quoque loco tenere. Denique Thucydides vocem exhibet VIII. 68 (Phrynichus) πολὺ τε πρὸς τὰ δεινὰ, ἐπειδήπερ ὑπέστη, φερεγγύωτατος ἐφάνη, schol. ἰκανώτατος, hoc est „Phrynichus, quoniam oligarchis anni 411 se applicavit, maxime atrocium rerum praes esse visus est.“

Eadem vox munere nominis proprii fungitur apud Cyrenaeos in titulo tertii fere saeculi C.-B. III. 2, 4835. 19 <Φ>ερεγγύο[υ]. Id iam satis probat vocem etiam extra Asiam minorem notam fuisse, vel in Dorica urbe. Accedit vero, ut non solum Attici scriptores, dico Aeschylum et Thucydidem, voce eadem atque Herodotus libertate utantur, sed etiam formatio adeo vetusta et obsoleta sit, ut eam hac sola causa adducti aetati antehomericae attribuamus. Nam omnes, quae eadem ratione formatae sunt voces ineuntes a stirpe verbali ἀγε- ἀρχε- ἔλκε- ἐχε- λεχε- μενε- στρεφε- φερε-<sup>1)</sup> pervetustae et ne una quidem aetate posthomerica formatae sunt. Unde sequitur vocem φερέγγυος ad aetatem Atheniensibus et Ionibus communem recedere.

Tertiam denique causam inde haurire licet, quod ἐχ-έγγυος oppositum vocis φερε-έγγυος adiectivum aequè formatum apud Athenienses V. quidem saeculi non ignotum fuit velut Thucydides scripsit III. 46 οὐκ οὐν χρηὶ οὐτε τοῦ θανάτου τῆ ζήμια ὡς ἐχεγγύω πίστεύσαντες χειρὸν βουλευσασθαι, cf. Hesych. s. v. ἐχεγγύω.

<sup>1)</sup> cf. Osthoff, das Verbum i. d. Nominalbildung, Jena 1878, p. 137, Brugmann, griech. Gramm. § 156. 1.

πιστῶ βεβαίῳ ἐξ αὐτοῦ ἔχοντι τὴν ἐγγύην, ut vertas „neque capitum damnationi velut quae praestet (sc. republicae salutem in futurum tempus) fidem habentes deterius consulere necesse est.“ Itaque rem, cui fides habenda non sit, vocat ἀνεχέγγυος IV. 55 φῶντο ἀμαρτήσασθαι διὰ τὸ τὴν γνώμην ἀνεχέγγυον γεγενῆσθαι ἐκ τῆς πρὶν ἀηθείας τοῦ κακοπραγεῖν. Similiter Sophocles Oed. Col. 284 trim. ὦσπερ ἔλαβες τὸν ἰκέτην ἐχέγγυον, schol. ἀσφαλῆ Atque Euripides Med. 388 trim. τίς γῆν ἄσυλον καὶ δόμους ἐχεγγύους ξένος παρασχών, item Andr. 192 trim., Phoen. 759 trim., frg. adesp. 494 trim. Apud Platonem autem non exstat, etsi Timaeus in lex. Platon. vocem exhibet. Contra recentiores scriptores eius scribendi generis, quo Plutarchus et Lucianus uti solebant, eam sensu contritiore „par, idoneus“ scripserunt, cum linguae communis testimonium certum adhuc repertum non sit.

Huius igitur vocis memoria ansam omnino non praebet, cur eam Ionibus vindicemus, nec vero licet eam a superiore voce discernere, praesertim cum veri speciem prae se ferat utramque vocem ex sermone Atticorum iudiciali haustam esse, in quo saepe vadi-  
moniorum mentio facienda erat. Alter igitur, cui sine cautelis creditur, ἐχέγγυος est, alter, cui praestat aliquis, φερέγγυος. Quae res ideo dubia manet, quod ne Solonis quidem legum sermonem satis exploratum habemus, qui quantum a IV. saeculi sermone afuerit, notum est ex fragmentis apud Lysiam or. 10 et 11 servatis.

#### AKTH.

Praetermissimus adhuc vocem, quam iam Rutherfordius l. c. p. 11 firmo argumento adductus priscae Atthidi tribuit, quae quaestio nobis retractanda est, postquam Wittekind. p. 39 sq. eam inter vocabula Ionica posuit.

ἀκτῆ notissima est vox in Graecorum poetarum sermone, in pedestri autem Herodoti fere solius sermone obvia tamen aliquando usitatior fuit, quod nomine proprio Ἀκτῆ comprobatur cum multis Graeciae gentibus tum Atheniensibus usitato. Itaque dubium non est, quin ἀκτῆ vox Attica fuerit. Hanc Rutherfordii expositionem et augebimus et confirmabimus, cum omnem vocis memoriam congeramus.

Initium igitur capiendum nobis est ab Homeri carminibus, qua de re conferas Ebelingii lex. Hom. s. v. Ἀκτῆ opposita est

φερέγγυον τὸ σὸν (Apollinis). Accedit Sophoclis locus El. 942 trim. τί γὰρ κελεύεις, ὦν ἐγὼ φερέγγυος, schol. φ. λέγεται ὁ ἀναδεξάμενός τι καὶ δυνάμενος ἀποτίσαι οἶον ἀξιόχρεως κτλ. „quid enim iubes, quod ego praestem?“

Eadem condicione Herodotus utitur, cum dicat VII. 49 (λιμήν) δεξάμενός σευ τοῦτο τὸ ναυτικὸν φερέγγυος ἔσται διασῶσαι τὰς νέας „portus . . incolumes naves tibi praestabit.“ Alter locus est V. 30 ἀπὸς μὲν ὑμῖν οὐ φερέγγυός εἰμι δύναμιν παρασχεῖν τσαύτην, ὥστε . . . Aristagoras scilicet Naxiis morem non gerit, ut eis auxilio veniat, se ipsum polliceri non posse eis tantas copias mittere, quantis opus sit ad perficienda, quae cupiant, „illius rei se praedem esse non posse.“ Paulo aliter vertit Schweighäuserus „sufficiens, idoneus et satis validus ad praestandum alqd.“, sed licet sensum vocis supra explanatum hoc quoque loco tenere. Denique Thucydides vocem exhibet VIII. 68 (Phrynichus) πολὺ τε πρὸς τὰ δεινὰ, ἐπειδήπερ ὑπέστη, φερεγγυώτατος ἐφάνη, schol. ἰκανώτατος, hoc est „Phrynichus, quoniam oligarchis anni 411 se applicavit, maxime atrocium rerum praes esse visus est.“

Eadem vox munere nominis proprii fungitur apud Cyrenaeos in titulo tertii fere saeculi C.-B. III. 2, 4835. 19 <Φ>ερεγγύο[v]. Id iam satis probat vocem etiam extra Asiam minorem notam fuisse, vel in Dorica urbe. Accedit vero, ut non solum Attici scriptores, dico Aeschylum et Thucydidem, voce eadem atque Herodotus libertate utantur, sed etiam formatio adeo vetusta et obsoleta sit, ut eam hac sola causa adducti aetati antehomericae attribuiamus. Nam omnes, quae eadem ratione formatae sunt voces ineuntes a stirpe verbali ἀγε- ἀρχε- ἔλκε- ἔχε- λεχε- μενε- στρεφε- φερε-<sup>1)</sup> per- vetustae et ne una quidem aetate posthomerica formatae sunt. Unde sequitur vocem φερέγγυος ad aetatem Atheniensibus et Ioni- bus communem recedere.

Tertiam denique causam inde haurire licet, quod ἐχ-έγγυος oppositum vocis φερεγγύος adiectivum aequè formatum apud Athenienses V. quidem saeculi non ignotum fuit velut Thucydides scripsit III. 46 οὐκ οὐν χρὴ οὔτε τοῦ θανάτου τῆ ζήμια ὡς ἐχεγγυώ φ πιστεύσαντες χειρόν βουλευσασθαι, cf. Hesych. s. v. ἐχεγγύω.

<sup>1)</sup> cf. Osthoff, das Verbum i. d. Nominalbildung, Jena 1878, p. 137, Brugmann, griech. Gramm. § 156. 1.

πιστῶ βεβαίῳ ἐξ αὐτοῦ ἔχοντι τὴν ἐγγύην, ut veritas „neque capitum damnationi velut quae praestet (sc. republicae salutem in futurum tempus) fidem habentes deterius consulere necesse est.“ Itaque rem, cui fides habenda non sit, vocat ἀνεχέγγυος IV. 55 φροντο ἀμαρτήσασθαι διὰ τὸ τὴν γνώμην ἀνεχέγγυον γεγενῆσθαι ἐκ τῆς πρὶν ἀηθείας τοῦ κακοπραγεῖν. Similiter Sophocles Oed. Col. 284 trim. ὣσπερ ἔλαβες τὸν ἰκέτην ἐχέγγυον, schol. ἀσφαλῆ Atque Euripides Med. 388 trim. τίς γῆν ἄσυλον καὶ δόμους ἐχεγγύουσιν ξένος παρασχών, item Andr. 192 trim., Phoen. 759 trim., frg. adesp. 494 trim. Apud Platonem autem non exstat, etsi Timaeus in lex. Platon. vocem exhibet. Contra recentiores scriptores eius scribendi generis, quo Plutarchus et Lucianus uti solebant, eam sensu contritiore „par, idoneus“ scripserunt, cum linguae communis testimonium certum adhuc repertum non sit.

Huius igitur vocis memoria ansam omnino non praebet, cur eam Ionibus vindicemus, nec vero licet eam a superiore voce discernere, praesertim cum veri speciem prae se ferat utramque vocem ex sermone Atticorum iudiciali haustam esse, in quo saepe vadi-  
moniorum mentio facienda erat. Alter igitur, cui sine cautelis creditur, ἐχέγγυος est, alter, cui praestat aliquis, φερέγγυος. Quae res ideo dubia manet, quod ne Solonis quidem legum sermonem satis exploratum habemus, qui quantum a IV. saeculi sermone afuerit, notum est ex fragmentis apud Lysiam or. 10 et 11 servatis.

### AKTH.

Praetermisimus adhuc vocem, quam iam Rutherfordius l. c. p. 11 firmo argumento adductus priscae Atthidi tribuit, quae quaestio nobis retractanda est, postquam Wittekind. p. 39sq. eam inter vocabula Ionica posuit.

ἀκτὴ notissima est vox in Graecorum poetarum sermone, in pedestri autem Herodoti fere solius sermone obvia tamen aliquando usitatior fuit, quod nomine proprio Ἀκτὴ comprobatur cum multis Graeciae gentibus tum Atheniensibus usitato. Itaque dubium non est, quin ἀκτὴ vox Attica fuerit. Hanc Rutherfordii expositionem et augebimus et confirmabimus, cum omnem vocis memoriam congeramus.

Initium igitur capiendum nobis est ab Homeri carminibus, qua de re conferas Ebelingii lex. Hom. s. v. Ἀκτὴ opposita est

λιμένι „rupes in mare prominens“ ν 98 de portu dictum δύο δὲ προβλήτες ἐν αὐτῷ ἀκται ἀπορρώγες, λιμένος ποτισπητηρία. Similiter M 284, κ 89, 140, h. Apoll. 24. Odysseus, cum Ithacam appellat, interrogat ν 234, num insula sit an ἀκτὴ κείθ' ἄλλ' κεκλιμένη ἐριβόλακος ἡπειροιο „paeninsula“. Sic et ο 36 extrema pars Ithacae est et ω 378 hac voce situs urbis Nericī describitur. In universum autem ardua saxa in mare prominentia sunt ε 405, 425, Ψ 125, μ 11, ω 82, Β 395, Υ 50, ε 82, 151, h. VII. 3 neque aliter interpreteris Σ 68, Ω 97 de dis, qui mari escendentes ἀκτὴν εἰσαναβαλνοῦσι. Dubius autem locus est κ 509 ἐνθ' ἀκτὴ τε λάχεια καὶ ἄλσα Περσεφονείης. Id vero tenendum est: ἀκτὴ vix uno loco „quamlibet oram maris“, quod voluit Ebelingius, sed terrae partem saxosum et in mare prominentem significat.

Praeter Homerum nomina propria inter vetustissimae aetatis documenta putanda sunt, quare conguessimus ea quae in nostram quaestionem cadant.<sup>1)</sup>

1. Ἀκτὴ appellabatur paeninsula Piraei in occidentem partem spectans teste Harpocrate al. Cuius de situ egit C. Wachsmuth, d. Stadt Athen, I. p. 317, mentionem facit Dinarch. III. 13 et Lycurg. in Leocr. 17, 55, ubi vox a capitali littera Ἀκτὴ scribenda est. Etiam oraculum ap. Herod. VIII. 77 ἄλλ' ὅταν Ἀρτέμιδος χρυσαόρου ἰερὸν Ἀκτὴν νηοὶ γεφυρώσωσι καὶ ἐναλίην Κυνόσουραν ad hanc paeninsulam pertinet, cuius ex lapidinis provenit ἀκτίτης λίθος. Quod autem contendunt Atticam olim appellatam esse Ἀκτὴν vel Ἀκτικὴν, ductum est ex veriloquio Ἀκτικὴ \*Ἀκτικὴ, quod etsi Prellwitzio in lex. etym. comprobatur, tamen sonorum rationi parum satisfacit.

2. Ora Peloponnesi inter Epidaurum et Troezenem, seu ipsa ora seu paeninsula Methana ibi sita vocabatur ἀκτὴ cf. Strabo VIII. 389 fin., Plut. Dem. 25, Polyb. 5. 91. 8.

3. Paeninsula Chalcidicae, quae Atho monte excellit, vocatur Akte.

4. In paeninsula Magnesia adoratur Ἀπόλλων Ἀκτιος vel Ἐπάκτιος, velut Herodotus extremam illius paeninsulae partem vocat Σηπιάς ἀκτὴ, cf. Steph. Byz., Herod. VII. 183, 188, 191.

5. Actium urbs prope Ambraciam sita nota est.

<sup>1)</sup> Cf. Pauly-Wissowa, Realencycl. s. v. Akte, Pape-Benseler, Lex. d. griech. Eigennamen.

6. Nonnullae Troadis urbes vocabantur Ἀκταῖαι πόλεις cf. Thuc. IV. 52, IG. I. 37, z" 12.

7. Chii in insula locus indicatur C.-B. III. 2, 5661. 32 τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Ἀκτὰς φ[ερούση]ς.<sup>1)</sup>

8. ibid. alius locus C.-B. III. 2. 5653.

9. Ephesi fuit Λέπρη Ἀκτῆ cf. Hipponact. frg. infra all.

10. Poseidon Ἐπακταῖος a Samiis adorabatur.

11. In Sicilia fuit Samiorum colonia Καλή Ἀκτῆ, Calacte apud Romanos, in septentrionali ora insulae.

12. Ad Crathem Magnae Graeciae flumen situm erat Ἀκτιον, Panis sacrarium schol. Theocr. 5. 14 ὡς φησι Φιλοστέφανός ἐστι Πανὸς ἱερὸν πλησίον Κράθιδος ποταμοῦ.

13. Insula ponti Euxini mythica Λευκή a nonnullis vocatur Λευκή Ἀκτῆ cf. Eurip. Andr. 1262 trim., Iph. Taur. 436 chor.

Quibus ex testimoniis satis multis elucet, vocem ἀκτῆ aliquando in omnibus fere Graeciae partibus notam fuisse. Id quoque cognoscere licet vocem semper et ubique locum maritimum, plerumque paeninsulam, maxime in Attica et in Chalcidica, significasse. Apud Dorenses tamen vocis certum testimonium non extat.

In consuetudine cotidiana vox certe apud Iones servata est. Exhibet enim eam et Hipponax frg. 47. 2 apud Strabonem XIV. 633 καὶ τόπος δὲ τις τῆς Ἐφέσου Σμύρνα ἐκαλεῖτο ὡς δηλοῖ Ἰππῶναξ Ὅικει δ' ὀπισθε τῆς πόλεως ἐν Σμύρνη μεταξὺ Τρηχέλης τε καὶ Λέπρης ἀκτῆς. Ἐκαλεῖτο γὰρ Λέπρη μὲν ἀκτῆ ὁ προῖων ὁ ὑπερκείμενος τῆς νῦν πόλεως, ἔχων μέρος τοῦ τείχους αὐτῆς κτλ., nisi hoc loco nomen proprium intelligendum est, et Herodotus saepius. Praeter locos supra commemoratos paeninsulam vocat VII. 33 Σηστοῦ τε πόλιος μεταξὺ καὶ Μαδύτου ἀκτῆ παχέα εἰς θάλασσαν κατήκουσα Ἀβύδω καταντιον. Simil. IX. 120, IV. 177 ἀκτῆν δὲ προύχουσαν. Eadem significatio subest voci in loco IV. 38—41, ubi Herodotus a Persis profectus Asiae situm et figuram describit. In medio est Asia, Persarum terra, quae duas ἀκτὰς promittit, quarum (38) ἡ ἑτέρα τὰ πρὸς βορρῆν ἀπὸ Φάσιος ἀρξάμενη παρατέταται ἐς θάλασσαν παρά τε τὸν πόντον καὶ τὸν Ἑλλήσποντον μέχρι Σιγείου τοῦ Τρωϊκοῦ, τὰ δὲ πρὸς Νότον ἡ αὐτῆ αὐτῆ ἀκτῆ ἀπὸ τοῦ Μυριανδροικοῦ κόλπου τοῦ πρὸς

<sup>1)</sup> Locus item vocatus fortasse ab Hippocrate indicatur κατέκειτο ἐν Ἀκτῆ, vide infra.



Φοινίκη κειμένου τείνει τὰ ἐς θάλασσαν μέχρι Τριοπίου ἄκρης. οἰκεῖ δ' ἐν τῇ ἀκτῇ ταύτῃ ἔθνεα ἀνθρώπων τριήκοντα. (39) αὕτη μὲν νυν ἢ ἑτέρῃ τῶν ἀκτέων, ἢ δὲ δὴ ἑτέρῃ ἀπὸ Περσῶν ἀρξαμένη παρατέταται ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν, ἢ τε Περσική καὶ ἀπὸ ταύτης ἐκδεκομένη ἢ Ἀσσυρίῃ καὶ ἀπὸ Ἀσσυρίης ἢ Ἀραβίῃ· λήγει δὲ αὕτη οὐ λήγουσα εἰ μὴ νόμῳ ἐς τὸν κόλπον τὸν Ἀράβιον κτλ. (41) κατὰ μὲν νυν Αἴγυπτον ἢ ἀκτῇ αὕτῃ στερινὴ ἔστι... τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ στενωῦ τούτου κάρτα πλατέα τυγχάνει ἐοῦσα ἢ ἀκτῇ ἣτις Λιβύῃ κέκληται. Imprimis dictio ἢ ἀκτῇ.. στερινὴ ἔστι probat nobis vertendum esse „paeninsula“, minime vero „ora“. Idem valet de loco VIII. 95, ubi paeninsulam a Salaminiorum urbe in orientem partem vergentem indicat, cum dicat ἀκτῇ τῆς Σαλαμίνης χώρας. Id vero tenendum est Herodotum hac voce non uti nisi de paeninsula. Contra in Hippocratis loco ἐπιδ. α' 13, I. 213. 8 Klw. γυναῖκα, ἢ κατέκειτο ἐν ἀκτῇ, quid ἀκτῇ significet, dubium est; item ἀκταῖοι ἰχθῦς, quomodo possint appellari, nescimus, cf. Hippocr. π. παθ. 52, L. VI. 264 καὶ οἱ λιμναῖοι καὶ πλονεσ καὶ ποτάμιοι βαρύτεροι, οἱ δὲ ἀκταῖοι κουφότεροι (ἰχθῦς) „piscis maritimi“, nisi forte explicatio inde haurienda est quod pisces capiebantur ad promuntoria et saxa prominentia cf. Verg. Aen. IV. 255 „piscosi scopuli“, Solin. 5 „promuntorium pisculentissimum.“

Apud Athenienses primus omnium Solon vocem exhibet frg. 28 Νείλου ἐπὶ προχοῆσι Καναβίδος ἔγγυθεν ἀκτῆς. Ita dicere licet, quia ostium Canobicum revera in mare prominet. Post Solonem Aeschylus nominandus est, cuius loci hi sunt: Saepius vocem singulari aut plurali numero de ea Salaminis paeninsula usurpat, quam Herodotus VIII. 95 (vide supra) ita vocaverat, illa quidem, cuius extrema in parte insula Psyttaleia sita est, Pers. 273 (271) trim. Σαλαμῖνος ἀκταὶ πᾶς τε πρόσχωρος τόπος, ibid. 303 (301) trim. στυφλοὺς παρ' ἀκτὰς θείνεται Σιληνιδῶν, quo nomine eadem paeninsula indicatur cf. schol.; ibid. 421 (419), 449 (447) trim., 570 (568), 953 (930), 966 (941) chor. in universum saxa et scopuli illius freti hac voce indicantur, etiam promuntorium Cenaeum Euboeae in occidenti parte situm in frg. 30. 2 trim., Piraei autem nomen supra commemoratum alludit, cum Atticam Eum. 10 trim. vocet ἀκτὰς ναυπόρουσ τὰς Παλλάδος. Nihil novi de sensu docemur Ag. 493 (471) trim. κήρυκ' ἀπ' ἀκτῆς τόνδ' ὄρω i. e. praecorem classis Achaeorum; nam inde ab Homero notum fuit nautas

potissime appellere, ubi ἀκτὴ naves tueretur. Restant<sup>1)</sup> autem duo loci, quibus Aeschylus poetica licentia usus est, alter Ag. 697 (673) chor. Σιμόντος ἀκτὰς ἐπ' ἀεξιφύλλους, quem una cum Pindaro tractabimus, alter Choeph. 722 (703) anap. ὃ πότνια χθών καὶ πῶτι' ἀκτὴ χάματος, ἧ νῦν ἐπὶ ναυάρχω σώματι κεῖσαι τῷ βασιλεῖ, cf. Wilamowitzii comment. p. 221. Explicatio inde petenda est, quod sepulcrum ἀκτὴ est, „scopulus in ora maris situs“, ad quem classis dux aut peritit aut appulsit.

Priusquam comprehendamus, quid de sensu vocis eiusque usu apud Athenienses reliquosque Helladis, i. e. continentis Graeciae, incolae sequatur, tractandus nobis est Pindarus propter artissimas eius cum Aeschyli dictione vicissitudines. Is significationem paeninsulae non exhibet, quam tamen apud Bacchylidem XV. 16 de Cenaeo dictam legis. Contra ἀκτὴ ei est litus rupibus horridum velut frg. 203 πελάγει δ' ἐν πολυχρόσοιο πλούτου πάντες ἴσα πλέομεν ψευδῆ πρὸς ἀκτάν, sc. ubi perimus; simil. Pyth. IV. 36, XI. 21. imprimis I. 79 de litore prope Himeram, quam Aeschylus frg. 32. 2 vocat ὑψηλορημος. Denique ter vocem usurpat de ostio fluminis, ita ut Aeschylus loco supra nondum expedito Nem. IX. 40 βαθυκρήμνοισι δ' ἄμφ' ἀκταῖς Ἐλώρον, Ol. VII. 33 Δερναλας ἀπ' ἀκτᾶς<sup>2)</sup>, Isthm. II. 42 Νείλου πρὸς ἀκτάν. Quod de ripis fluminum dictum esse non est verisimile, quia omnibus illis locis ostium intelligitur, cuius rei explicatio fortasse ex Solonis loco supra comm. petenda est, qui Nili ostium Canobicum ἀκτὴν vocavit.

Sequitur, ut quam brevissimis et de Sophocleo et Euripideo usu verba faciamus. Et ille quidem significationem promuntorii praetulit Trach. 237 trim., 637 chor., 752 trim. de Cenaeo, frg. 43 de Sarpedone, Thraciae promuntorio, alteram litoris saxosi Phil. I. 272, 1017 trim. de Lemno insula, Ant. 814, 968 chor., frg. 480. 1 trim., Oed. tyr. 178 chor. de Acheronte, Oed. Col. 1241 chor., Ant. 592 chor. Item frg. 505. 1 trim. ἐπακτῖαι ἀδλῶνες sunt angustiae inter saxa. Atticam significat Oed. Col. 1049 ch. frg. 372. 2, 6 trim., velut frg. 65 Ἀκτίτην λίθον inducit, Argolicam autem ἀκτὴν Trach. 1151 trim. ἐπακτῖα Τίρωνος, cum ad Homerum recedat Ai. 413 chor. νέμος ἐπάκτιον in Troadis litore. Denique

<sup>1)</sup> Plane incertum est, quod Ahrensiius correxit Ag. 985 (947) chor. ἀκ[α]τᾶ. Item Ag. 1182 (1136) trim. ἀκτὰς coni. Aurat.

<sup>2)</sup> Hic locus potius de paeninsula urbis Naupliae scriptus est, quae item Ag. 493 (471) subaudienda est.

φερέγγυον τὸ σὸν (Apollinis). Accedit Sophoclis locus El. 942 trim. τί γὰρ κελεύεις, ὦν ἐγὼ φερέγγυος, schol. φ. λέγεται ὁ ἀναδεξάμενός τι καὶ δυνάμενος ἀποτίσαι οἶον ἀξιόχρεως κτλ. „quid enim iubes, quod ego praestem?“

Eadem condicione Herodotus utitur, cum dicat VII. 49 (λιμήν) δεξάμενός σευ τοῦτο τὸ ναυτικὸν φερέγγυος ἔσται διασῶσαι τὰς νέας „portus . . incolumes naves tibi praestabit.“ Alter locus est V. 30 ἀπὸς μὲν ὑμῖν οὐ φερέγγυός εἰμι δύναμιν παρασχεῖν τσαύτην, ὥστε . . . Aristagoras scilicet Naxiis morem non gerit, ut eis auxilio veniat, se ipsum polliceri non posse eis tantas copias mittere, quantis opus sit ad perficienda, quae cupiant, „illius rei se praedem esse non posse.“ Paulo aliter vertit Schweighäuserus „sufficiens, idoneus et satis validus ad praestandum alqd.“, sed licet sensum vocis supra explanatum hoc quoque loco tenere. Denique Thucydides vocem exhibet VIII. 68 (Phrynichus) πολὺ τε πρὸς τὰ δεινὰ, ἐπειδὴ περὶ ὑπέστη, φερεγγύωτατος ἐφάνη, schol. ἰκανώτατος, hoc est „Phrynichus, quoniam oligarchis anni 411 se applicavit, maxime atrocium rerum praes esse visus est.“

Eadem vox munere nominis proprii fungitur apud Cyrenaeos in titulo tertii fere saeculi C.-B. III. 2, 4835. 19 <Φ>ερεγγύο[υ]. Id iam satis probat vocem etiam extra Asiam minorem notam fuisse, vel in Dorica urbe. Accedit vero, ut non solum Attici scriptores, dico Aeschylum et Thucydidem, voce eadem atque Herodotus libertate utantur, sed etiam formatio adeo vetusta et obsoleta sit, ut eam hac sola causa adducti aetati antehomericæ attribuiamus. Nam omnes, quae eadem ratione formatae sunt voces ineuntes a stirpe verbali ἀγε- ἀρχε- ἔλκε- ἔχε- λεχε- μενε- στρεφε- φερε-<sup>1)</sup> per- vetustae et ne una quidem aetate posthomericæ formatae sunt. Unde sequitur vocem φερέγγυος ad aetatem Atheniensibus et Ionibus communem recedere.

Tertiam denique causam inde haurire licet, quod ἐχ-έγγυος oppositum vocis φερεγγύος adiectivum aequè formatum apud Athenienses V. quidem saeculi non ignotum fuit velut Thucydides scripsit III. 46 οὐκ οὐκ χρῆ οὔτε τοῦ θανάτου τῆ ζήμια ὡς ἐχεγγύω φύ πιστεύσαντες χεῖρον βουλευσασθαι, cf. Hesych. s. v. ἐχεγγύω.

<sup>1)</sup> cf. Osthoff, das Verbum i. d. Nominalbildung, Jena 1878, p. 137, Brugmann, griech. Gramm. § 156. 1.

πιστῶ βεβαίῳ ἐξ αὐτοῦ ἔχοντι τὴν ἐγγύην, ut veritas „neque capitum damnationi velut quae praestet (sc. republicae salutem in futurum tempus) fidem habentes deterius consulere necesse est.“ Itaque rem, cui fides habenda non sit, vocat ἀνεχέγγυος IV. 55 φῶντο ἀμαρτήσασθαι διὰ τὸ τὴν γνώμην ἀνεχέγγυον γεγενῆσθαι ἐκ τῆς πρὶν ἀηθελίας τοῦ κακοπραγεῖν. Similiter Sophocles Oed. Col. 284 trim. ὄσπερ ἔλαβες τὸν ἐκέτην ἐχέγγυον, schol. ἀσφαλῆ Atque Euripides Med. 388 trim. τίς γῆν ἄσολον καὶ δόμους ἐχεγγύουσιν ξένος παρασχών, item Andr. 192 trim., Phoen. 759 trim., frg. adesp. 494 trim. Apud Platonem autem non exstat, etsi Timaeus in lex. Platon. vocem exhibet. Contra recentiores scriptores eius scribendi generis, quo Plutarchus et Lucianus uti solebant, eam sensu contritiore „par, idoneus“ scripserunt, cum linguae communis testimonium certum adhuc repertum non sit.

Huius igitur vocis memoria ansam omnino non praebet, cur eam Ionibus vindicemus, nec vero licet eam a superiore voce discernere, praesertim cum veri speciem prae se ferat utramque vocem ex sermone Atticorum iudiciali haustam esse, in quo saepe vadi-  
moniorum mentio facienda erat. Alter igitur, cui sine cautelis creditur, ἐχέγγυος est, alter, cui praestat aliquis, φερέγγυος. Quae res ideo dubia manet, quod ne Solonis quidem legum sermonem satis exploratum habemus, qui quantum a IV. saeculi sermone afuerit, notum est ex fragmentis apud Lysiam or. 10 et 11 servatis.

### AKTH.

Praetermisimus adhuc vocem, quam iam Rutherfordius l. c. p. 11 firmo argumento adductus priscae Atthidi tribuit, quae quaestio nobis retractanda est, postquam Wittekind. p. 39sq. eam inter vocabula Ionica posuit.

ἀκτῆ notissima est vox in Graecorum poetarum sermone, in pedestri autem Herodoti fere solius sermone obvia tamen aliquando usitatior fuit, quod nomine proprio Ἀκτῆ comprobatur cum multis Graeciae gentibus tum Atheniensibus usitato. Itaque dubium non est, quin ἀκτῆ vox Attica fuerit. Hanc Rutherfordii expositionem et augebimus et confirmabimus, cum omnem vocis memoriam congeramus.

Initium igitur capiendum nobis est ab Homeri carminibus, qua de re conferas Ebelingii lex. Hom. s. v. Ἀκτῆ opposita est

oraculo adhibet. Sed haec hactenus, ne abeamus in incertiora et magis coniecturis quam iusta ratione experta.<sup>1)</sup>

Haec habuimus de priscis Aeschyli Atticis vocibus, quae dicemus. Neque etiam aliter hoc alterum caput concludere licet atque superius, cum dicamus idem, quod de viginti vocibus demonstratum sit, valere de centum, ut intelligatur, quot revera vocabula et Attica et Ionica praeter reliqua eius elementa — dico epica et sim. — insint in sermone tragico. At ne quis dialectorum quaestionem confundat cum litterarum Graecarum vicissitudinibus, id statuendum est, nos quaesisse tantum de origine tragici sermonis, non de evolutione eius. Atque Aeschylus quidem ad origines illas satis prope accedit, ut liceat apud illum vocem Ionicam Ionicam vocare et Atticam Atticam; posteriores autem tragici poetae sermone tragico usi sunt quasi poetica lingua creata ad componendas tragoedias, unde demonstratur mirum in modum ex variis illis elementis unionem quandam coaluisse.

---

<sup>1)</sup> E. gr. verbi *ἀντιῶ* mentionem facimus, quod legitur Aesch. Suppl. 389 (374) trim., etiam apud Herodotum persaepe velut I. 76, 207, IV. 1, 3, 126 al., et apud Aeneam tact. 32. 11, 36. 1, 37. 8, cum Homerus dicat *ἀντιῶ*, Attici autem scriptores *ἐναντιῶ*, quod compositum non est verbi *ἀντιῶ*, sed ab adiectivo *ἐναντιος* ductum est, ut ab adiectivo *ἀντιος ἀντιῶ* et *ἀντιῶ*, unde sequitur, ut *ἀντιῶ* non sine veri quadam specie inter verba Ionica putandum sit. Si autem simplex compositi verbi *ἐν-αντιῶ* iudicares, inter Atticas voces poneres.

---

### Caput III.

#### DE VOCIBUS AESCHYLI SICELIOTIS.

Postquam superioribus capitibus de iis vicissitudinibus egimus, quae exstant inter Ionicam Atticamque consuetudinem et omnem sermonem tragicum, iam nova quaestio instituenda est de ipso Aeschylo, quem cum notissimum sit plures annos in Sicilia vixisse, illius dialecti quasi florem ad ornandam dictionem sibi sumpsisse non solum per se verisimile est, sed etiam gravissimo Athenaei testimonio confirmatur. Haec cum conquirere studeamus vestigia quamvis exigua, respiciendum est imprimis, quantum proficere possimus in hac subtili quaestione, nam ne quis speret nos aliquid firmis argumentis comprobaturus esse, satis nobis profecisse videbimur, si continget, ut paucae voces a reliquis tragici sermonis fontibus alienas ad Siciliotarum consuetudinem reducamus.

Vixit Aeschylus bis nonnullos annos in Sicilia. Et primum quidem una cum aliis poetis ab Hierone Syracusarum tyranno arcessitus est, qui inde ab anno 477 regnavit. Qui cum anno 476 urbem Aetnarum antea Cataniam vocatam novis colonis instruxerat (cf. Diod. XI. 38 et 49), Aeschylus in honorem coloniae composuit *Αἰτνάλας* (cf. vitam) nec vero ultra annum 473 in Sicilia mansit, nam anno 472 iterum Athenis versatur, quo Persas in scenam prodisse argumentum docet. Tum rediit in Siciliam, postquam anno 458 Oresteia vicit, ibique tertio post anno mortuus est.

Ita mirum non est eum Siciliotarum dialectum novisse, verum etiam in iis fabulis, quas ante a. 477 scripsit, potuit talia inserere verba ideo, quod Epicharmi comoediae in ipsa Graecia tum iam non ignotae fuerint. Nam constat poetas Graecos, cum aliena verba mutuarentur, ea ex litteris potius quam ex sermone vulgari cepisse.

Gravissimum, quod iam supra commemoratum est, Athenaei testimonium quaestioni nostrae praemittimus, quod exstat IX.

p. 402B οὐκ ἀγνοῶ δ' ὅτι οἱ περὶ τὴν Σικελίαν κατοικοῦντες ἀσχέδωρον καλοῦσι τὸν σύαργον. Αἰσχύλος γοῦν ἐν Φορκύσι παρεικάζων τὸν Περσέα τῷ ἀγρίῳ τούτῳ σοὶ φησὶν (frg. 261).

ἔδν δ' ἐς ἄντρον ἀσχέδωρος ὤς.

καὶ Σκίρας (εἷς δ' ἐστὶν οὗτος τῆς Ἰταλικῆς καλουμένης κωμωδίας ποιητῆς γένος Ταραντίνος) ἐν Μελεάργῳ φησὶν (frg. 1, ap. Kaibelium p. 190).

ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ νέμειν βοτὰ

οὔτ' ἀσχέδωρος νεμόμενος καπρῶζεται.

ὅτι δὲ Αἰσχύλος διατρήσας ἐν Σικελίᾳ πολλαῖς κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς οὐδὲν θαναμαστόν.

Ex eodem fonte hausta sunt, quae afferunt Hesychius s. v. ἀσχ., Eustathius ad Hom. p. 774. 23, 1872. 3, 13, Bekkeri anecd. p. 457. 21. Quorum auctor est Aristophanes Byzantius, quem de voce ἀσχέδωρος scripsisse testis est Eust. p. 1872. 13, cf. Aristoph. frg. apud Nauckium p. 118. Ad eum etiam Macrobius recedit, cum dicat sat. 5. 19. 17 „Aeschylus tragicus, vir utique Siculus“ et Meineke frg. com. II. p. 307 „Aeschylus, poeta Sicularum formarum studiosissimus.“

Id statuimus vocem ἀσχέδωρος apud Aeschylum Siculam sive Siceliotam fuisse, cum Aristophanis doctrinam, quod multis vocibus Siculis usus sit, si quidem ea quoque Aristophanis nec potius Athenaei est, valde dubiam esse censeamus et dignam, quae examinetur. Initium autem capiamus a tragoedia praeter alias Siceliota Aetnaearum, in qua di Palici (frg. 6 et 7) appellantur, quos revera Siculos fuisse testis est Macrobius sat. 5. 19. 17, sed ad copiam verborum non pertinet nomen proprium. Quare ad reliquas tragoedias accedimus. Enumeramus autem singularum vocum memoriam ita, ut certiora exempla anteponamus, incertiora et plane dubia in fine addamus. Quorum uberrima materia servata est in voce:

### BOYNOΣ.

Hac de voce iam Kaibelius in fragmentis comicorum gl. 9 gravissima testimonia coegit. Aeschylus eam exhibet Suppl. 117 (108) chor. = 127 (117) chor. ἰλέομαι μὲν Ἀπίαν βοῦνιν, καρβᾶνα δ' ἀυθάν εἶ, γᾶ, κωννεῖς, schol. βοῦνιν τὴν γῆν κατὰ βαρβάρους „supplicor Apiam terram, barbaram autem vocem bene, terra, comprehendis.“ Ibid. 776 (742) chor. ἰὼ γᾶ βοουνῖτι



ἔνδικον σέβας, schol. ὄρεινή, de forma βουνῖτι dubitatur, non de sensu „io, terra collina, veneratione digna.“ βούνης vel βουνῖτις femininum est vocis βουνός, cuius de origine et usu locupletissimum exstat testimonium Phrynichi ed. Lob. p. 355, ed. Ruth. p. 459 βουνός· ὄθνελα ἢ φωνή τῆς Ἀττικῆς. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ χρησάμενος τῷ ὀνόματι συνεῖς ξένῳ κεχρημένος σημαίνεται ὡς ἀσαφῶς διαλεγόμενος. εἰπόντος γὰρ τινος (in Philemonis comoedia v. infra) βουνὸν ἐπὶ ταύτῃ καταλαβὼν ἄνω τινά, ὁ προσδιαλεγόμενος οὐ συνεῖς τὸ ξένον τοῦ ὀνοματός φησι· τίς ἐσθ' ὁ βουνός, ἵνα σαφῶς σου μανθάνω; ἐν δὲ τῇ Συρακοσίᾳ ποιήσει καθομιλληται. ἀλλ' οὐ προσίεται ὁ Ἀθηναῖος τὴν ἀλλοδαπὴν διάλεξιν. ὄπου γὰρ ἀνεπίμικτος καὶ ἀχραντος βούλεται μένειν τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, Αἰολέων λέγω καὶ Δωριέων καὶ Ἰώνων, τούτων μὲν καὶ συγγενῶν ὄντων, σχολῆ γ' ἂν ἀδόκιμον μίξοβαρβρον πρόσειτο φωνήν· ὁ δ' οὖν κεχρημένος τῷ βουνός ὀνόματι Φιλῆμων ἐστὶν εἰς τῶν τῆς νέας κωμωδίας. Haec Phrynichus, cui addas Eustathii testimonium ad Hom. p. 880. 30 καὶ βουνός δὲ, ὅπερ Ἡρόδοτος (v. infra) μὲν Λιβύων λέξιν εἶναι φησι, Αἴλιος Διονύσιος λέγει ὅτι Φιλῆμων ἐπισκώπτει τὸ ὄνομα ὡς βάρβαρον· λόφον γὰρ καλοῦσιν. ἕτερον δὲ ὅτι βουνὸν ἐν Νόθῳ ὡς σύνηθες τίθησιν, ἄλλοτε δὲ ὡς ξενικὸν ἐπισκώπτει. Brevius idem repetitur ad Hom. p. 1854. 22. De Philemone conferas frg. 49 et 142 (Kock II. 491 et 521, Mei. IV. 16 et 46). Herodoti locus, quem Eustathius laudavit, est IV. 199, nec vero barbaris, sed Graecis Cyrenae incolis vocem tribuit: τῶν ὑπερθαλασσιῶν χώρων τὰ μέσα (οἱ Κυρηναῖοι) βουνοὺς καλέουσι, id quod etiam magis confirmatur IV. 192 ζεγέριες οὖνομά ἐστι Λιβυκόν, δύναται δὲ κατὰ τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν βουνοί. Graecum igitur vocabulum fuit βουνός. At nequis id Ionico sermoni vindicet, nam Graeci illi, qui solent dicere βουνοί de murum genere Libyce ζεγέριες vocato, quod quomodo fieri potuerit obscurum est, erant sine dubio Cyrenaei, Dorienses.

Nec desunt testimonia huius vocis apud Dorienses Peloponnesi incolas, velut Pausanias tradit 2. 4. 3 Corinthi cultam esse Ἥραν Βουνάλαν. Quam vidit, qui in acropolin ascenderet, cf. Hitzig-Bluemner, Paus. I. 2 p. 509, Preller, gr. Mythol. 4 p. 162. 1, 170. 1. Significat autem illud Herae cognomen eam cultam esse in colli, cum Pausanias fabuletur Bunum quendam illius sacrarii conditorem. fuisse. Etiam Secyone vox nota erat cf. Hesychii Τοξίου βουνός



τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν Σικυῶνι· κτλ. (Preller, l. c. p. 242, 1), qua in re respiciendum est talia nomina religione sacrata per-  
vetusta esse, ut ex testimoniis allatis concludamus, vocem *βουνός*  
apud Dorienses aetate satis remota in usu fuisse. Quae cum ita  
sint, causa non est, cur dubitemus, quin etiam apud Syracusanos  
floruerit, quod Phrynichus loco supra allato tradidit. Aliter iudi-  
cavit Kaibelius l. c., cum adnotaret Syracusanum Atticistas voca-  
bulum ea sola de causa appellasse, quod et apud Philemonem  
Syracusanum et apud Aeschylum repperissent.

Etiam apud Cyprios *βουνός* peculiari quidem significatiōne in  
usu fuit, cf. Hesych. *βουνός· στιβάς Κύπριοι* (Hoffmann, gr. Dial.  
I. p. 110), ubi Herwerden lex. suppl. p. 159 sine iusta causa  
scribendum censet *Κυρηναῖοι*. Incertae autem originis est He-  
sychii *βουνολ· βωμολ*. Denique notum est vocem non solum in  
lingua communi, verum etiam in hodierno Graecorum sermone de  
colle usurpari, cf. Thumb, d. griech. Sprache p. 224, Polyb. 3. 83. 1  
al., LXX (centies fere), Ducange glossar. I. p. 221.

Iam finis faciendus est, ut diiudicemus, num recte vocem inter  
Aeschyli Siceliotas posuerimus. Unum tantum est, quod nostrae  
sententiae obstat, si contendas Aeschylum Doricam vocem lyricae  
poesis sermoni debere; quod cum factum esse posse concedamus,  
id statuimus nostram sententiam non minorem veri speciem prae  
se ferre, praesertim cum vox *βουνός* apud Dorienses non obvia  
nisi in nominibus propriis a Phrynicho Syracusanis attribuitur.

### KYΔAZΩ.

Aesch. frg. 94 *οὔτοι γυναιξί κυδάζεσθαι* serv. in schol.  
Soph. Ai. 722. Hoc verbum etiam Sophocles exhibet Ai. 722 trim.  
*μέσον δὲ προσμολῶν στρατήγιον κυδάζεται τοῖς πᾶσι Ἀργεῖοις  
δμοῦ*. Significat quidem, ut a grammaticis docemur, „obiurgare“  
et rarissimum vocabulum est, quod praeter tragicos poetas solo ab  
Epicharmo usurpatur, cf. frg. 6K. in schol. ad Soph. loc. *κυδάζεται  
καὶ Ἐπιχαρμος ἐν Ἀμύκῳ· Ἄμυκε, μὴ κύδαζέ μοι τὸν πρεσ-  
βύτερον ἀδελφεόν*, et frg. 35. 6K. *τήνῳ κυδάζομαί τε κἀπ' ὧν  
ἠχθόμαν*. Denique exstat apud Apollonium Rhodium I. 1337 ἧ  
*μάλα δὴ με κακῶ ἐκκυδάσσαο μύθῳ*, ubi scholiasta adnotat *ἐλοι-  
δόρησας· κύδος γὰρ ἀρσενικῶς παρὰ Συρακοσίοις κτλ.* (gl. 26

ap. Kaibelium), simil. Phot. s. v. *κῦδος*. Accedunt Hesychii glossae *κνδάξεσθαι· λουδορεῖσθαι, κνδαζόμενα· λουδορησόμενα, κνδάσσει· ταράσσει, λουδορεῖ, κνδάττειν· ἐπιφωνεῖν*<sup>1)</sup>, quarum de origine nihil traditur. Pro *κνδάσσει*<sup>2)</sup>, quod inter *κνδαγχόμενα* et *κνδάξεσθαι* stat, fortasse rectius scribatur *κνδάξει*.

Ex his testimoniis primum quidem de voce *κῦδος*, *κνδάζω* sequitur, ut *υ* breve sit (Ep. frg. 35. 6). Itaque cum Graeca voce τὸ *κῦδος* comparanda non est. Quare statuimus stirpis vestigium apud Athenienses non exstare, cum vox tribus gravissimis testimoniis Syracusanis vindicetur, unde Aeschylus eam petiit. Nam quod Sophocles, Aeschyli imitator, eam exhibet, non mirum, et Apollonius rararum vocum sectator fuit. Ex forma autem *κνδάττειν* cave ne quid de origine vocis concludas, quia *ττ* apud Athenienses et Boeotios usitatum nuper etiam in titulo Eleo Jahresh. d. österr. arch. Inst. I. p. 197 l. 7 *νοστίττην* et in cretica dialecto *Ττῆνα* in lucem prodiit.<sup>3)</sup> Itaque non solum nihil sententiae nostrae obstat, sed etiam fere necessarium est vocem *κνδάζειν* apud Aeschylum Siceliotam iudicare.

### ΘOAZΩ.

Ut *κνδάζω* fortasse stirps gutturalis fuit, quod forma *κνδάττειν* (*κνδάγχας*?) Hesychii commendatur, ita apud Tarentinos determinatio stirpium gutturalium in *-ζω* frequens fuit, cf. Kaibellii gl. 145, qua docemur: *πάλιν δὲ τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα διὰ δύο σσ παρ' αὐτοῖς ἔμπαλιν διὰ τοῦ ζ ἐκφέρεται, ὅσον πλάσσω πλάζω καὶ τὸ ἀνάσσω ἀνάζω κτλ.* Apud Athenienses quidem ceterosque Graeciae incolas idem valet de stirpibus in *-γ* exeuntibus (*σφάζω, ἀρπάζω, σαλπίζω* al. cf. Bruckmanni Gr. gramm. § 370 not. 4), cum inauditum sit in stirpibus *\*ἀνακ-*, *\*φουινκ-*, *\*θοακ-* (cf. *θᾶκος, θῶκος*), quorum verborum primum quidem Tarentinum traditur, alterum (cf. Bruckmanni gr. Graec. p. 311) incertae originis est.

<sup>1)</sup> Ab eodem stirpe ductae sunt Hesychii glossae *κνδάγχας· μάχας λουδορίας, κνδαγχόμενα· λουδορούμενα.*

<sup>2)</sup> M. Schmidtus ad Hes. gl. *κνδάσσει* glossam 145 Kaibellii falso interpretatus Tarentinis tribuit hanc formam.

<sup>3)</sup> cf. Lagercrantz, griech. Lautgesch. p. 108, G. Meyer, griech. Gramm.<sup>3</sup> p. 370.

Verbum autem *θοάζειν* apud Aesch. Suppl. 595 (575) chor., Soph. Oed. tyr. 2 trim. (cf. p. 69) legitur nec non obvia est apud Agrigentinum Empedoclem frg. 4. 8D *σοφλης ἐπ' ἀκροισι θοάζειν*. Accedit Cyrilli glossa *θάζουσιν* sim. iuxta *θοάζω* obvia, velut *θᾶκος* iuxta *θᾶκος*, cf. Hoffmann, gr. Dial. III. p. 369.<sup>1)</sup>

Id tenendum est vocem *θοάζω* non solum propter sonorum rationem non Atticam esse, cum apud Tarentinos *ἀνάζω* eodem modo formatum sit, sed etiam praeter Aeschylum et Sophoclem non obviam esse (nam Euripidis verbum *θοάζω* a stirpe *θός* ductum est, cf. Phoen. 794 chor. saep.) nisi apud poetam in Sicilia natum, quare non dubitamus hanc vocem inter Siceliotas ponere, etsi apud Epicharmum et Sophronem verbum *θωκείν* legitur et forma *θοάσσω* in hym. Hom. in Merc. 468 exstat.

### TI MHN.

De particulis *τί μήν*; „quidni“ gravissima iam exposuit Dittenberger in Herma XVI. 1881, p. 334sq. Vidit enim vir ille doctissimus has particulas apud eos tantum Atticos scriptores legi, qui in Sicilia versati essent, id est apud Aeschylum eiusque sectatores et in iis Platonis dialogis, quas post peregrinationem Sicilianam eum conscripsisse etiam aliis de causis verisimile est cuius rei testimonia locupletissima comparavit. Exempla reperias in Platonis Politico 258 B etc. velut *οὐ μὲν δὴ κατὰ ταῦτόν γε, ὃ Σώκρατες, φαίνεται μοι τμήμα — τί μήν*; neque ignota est haec dictio apud Siceliotae consuetudinis testes velut Epicharmum frg. 149 K. *δηλαδή τριππους. — τί μὲν ἔχει πόδας τέτορας*; „certe tripus — quidni habet quatuor pedes?“ et Sophronem frg. 55 K *τί μὲν ξύσιλος; — τί γὰρ; σῦφαρ ἀντ' ἀνδρός*, cuius versus sensum expeditivum Kaibelius ad loc. Etiam Megarensium illud conferatur, quod Aristophanes Ach. 757 et 784 repetiit: *σὰ μὲν*; idem enim valet.

Aeschyli loci sunt Suppl. 999 (966) trim. *θῆρες δὲ κηραίνουσι (ὄπωραν) καὶ βροτοί, τί μήν*; Eum. 203 (201) trim. *ἔχρησα ποιῶς τοῦ πατρὸς πέμψαι, τί μήν*; Accedit Rhesi 705 trim. Plane

<sup>1)</sup> Hesych. *σῶαθδει* παρατηρεῖ cf. Ahrens, dial. II. p. 97, M. Schmidt ad loc. Hes., W. Schulze, quaest. ep. p. 313, num ad hanc stirpem pertineat plane incertum.

eodem sensu adhibetur *τι μή*; Aesch. Ag. 672 (650) trim., Soph. Ai. 668 trim., si codicibus fides habenda est. Aliter usurpantur particulae *τι μήν*; Soph. El. 1280 mel., ubi Orestes interrogat: *τι μήν ού*; „quidni“. Simil. Oed. Col. 1469 chor., Rhés. 706 mel. 955 trim., ubi *τι μήν*; potius vertatur: quid revera?

Id pro certo statui potest, usum supra comm. Syracusis notum fuisse, quare *τι μήν* etiam apud Aeschylum Siceliotis elementis adnumerandum est, siquidem Dittenberger de Attica consuetudine rectum vidit.

### ΘΩΣΘΑΙ.

Vel incertior res est in verbo *θῶσθαι*, quod Aeschylus<sup>1)</sup> exhibet frg. 49 ap. Hesych. serv. *θῶσθαι· δαλνυσθαι, θουᾶσθαι, εὔωχεῖσθαι, Αισχύλος Δικτυουλοῖς*, cf. Etym. Magn. p. 461. 1 *θῶσθαι λέγουσιν οἱ Δωριεῖς τὸ εὔωχεῖσθαι*. Huius verbi ne vestigium quidem exstat in Graecis litteris nisi apud Alcmanem frg. 23. 81 (Bergk<sup>4</sup>) *θωστήριά τ' ἄμ' ἐπαινεῖ* „diem festum simul laudat“ et Epicharmum frg. 139 K (167 Ahr.) *θωσοῦμεθα· ὁ Ζεὺς ἀναρρῶει* cf. Ahrens dial. II. p. 343, qui etiam grammaticorum testimonia accurate conquisivit, velut Hesychii glossas *θῶται, θῶνται*, al. Photii *τέθωται*. Verbum quidem Graecum Prellwitzius l. c. rectissime coniunxit cum nomine *θολή*. Cum autem Doricum sit et apud Epicharmum legatur, facile apud Aeschylum Siceliota vox fuisse potest.

### ΟΒΡΙΚΑΛΑ.

Vocem „*ἄπαξ εἰρημένην*“ Aeschylus exhibet Ag. 143 (135) chor. *φιλομάστοις θηρῶν ὀβρικάλοιον* „bestiarum catulis ubera amantibus“. Fortasse eadem vox in Aeschyli frg. 48 vel Euripidis frg. 616 scripta erat, si Aristophanis Byzantii testimonium ita intelligendum est, quod de vocibus *ὄβρια* et *ὄβρικάλα* servatur, cf. Nauckii frg. Aristophanis *π. ὄνομ. ἡλικ.* 5, p. 125, Fresenii de *λεξ.* Arist. p. 120sq. *τῶν δὲ ὑστρίχων καὶ λεόντων καὶ λύκων τὰ ἔκγονα ὄβρια καὶ ὄβρικάλα καλεῖται· καὶ μέμνηται δὲ Εὐριπί-*

<sup>1)</sup> Num Suppl. 1002 (969) trim. in verbo corrupto *θωσ μένην* (suprascr. ε.) forma huius verbi insit, plane incertum.

δης ἐν Πελοπίσει τοῦ ὀνόματος καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι καὶ Δικτυουλοῖς; serv. ap. Ael. nat. an. VII. 47, Eust. ad Hom. p. 1395. 47, 1625. 47, Phot. lex. s. v. ὄβρια, Poll. V. 15 (ὄβρια καὶ ὄβριας vitiose scr.), Hes. s. v. ὄβριαλοις. Accedunt Hesychii glossae eiusdem stirpis ὄμβρος· χοιρίδιον ἢ ὑετός, ubi Nauckius scribere iussit (l. c. p. 125) ὄμβριον· χοιρίδιον, et ἰβρίκαλοι· χοῖροι cf. Zon. ἰβρύκαλος· ὁ χοῖρος.

Vox ὄβριον in Graecis litteris non obvia est, sed illius stirpis vestigia quamve incerta non desunt. Prellwitzius l. c. comparavit ὄβριμος, neque seiungere licet μολόβριον „porculus“ trad. ab Aristophane apud Nauckium p. 112, comparato verbo μολύνω „polluo, inquino“, cf. F. Bechtel, Spitznamen, Abh. d. Gött. Ges. N. F. II. 1898 p. 77. Vertamus igitur „Schmutzferkel“. Nec μολοβρός, Homeri vox dicta de mendico ρ 219, σ 26, Lyc. Al. 775 (de Ulixē) separanda est a deminutivo μολόβριον, velut Nic. Ther. 662 eius sensum originarium retinuit, cum herbam vocaret κεφαλή . . . πεδίσσα μολοβρή. Μολοβρός etiam Lacedaemonii nomen est IGA. 69 b8 (= C.-B. III. 2, 4413) et Thuc. IV. 8. Aliud denique derivatum scripsit Hipponax frg. 77 ab Aristophane trad. (Nauck. p. 112) μολοβρίτης dictum de sue.

Nec dubium est, quin haec stirps insit in Bacchi cognomine Halicarnassi usitato cf. Bekk. anecd. I. p. 225. 2 οἱ δὲ Ὀμβρικός ὑπὸ Ἀλικαρνασέων Βάκχος, quod cognomen fortasse in vase Corinthia (annali 1885, tav. D, p. 127, arch. Jahrb. VIII. p. 91, Kretschmer, Vaseninschr. p. 41 et 183) in lucem prodiit ομριος scriptum. Blassius ap. C.-B. III. 1, 3145 legit ὄμοιτος.<sup>1)</sup> Utut res se habet, Bacchus certe cognomen Ombrici habuit, quem non cum voce ὄμβρος, sed cum nostra stirpe coniungendam esse glossa Hesychii ὄμβρος (ὄμβριον?) comprobatur. Explicandi nominis gratia commemoramus daemones Dionysiacos saepissime nanos putari, ut mirum non sit, quod ipse deus (vel daemon eius in vase) vocetur „pullus“.

Sed haec hactenus; redeamus ad Aeschylum, qui non tam usu stirpis, quam in multis Graeciae partibus aliquando notum fuisse supra comprobare conati sumus, quam formatione deminutivi ὄβρι-καλος a Siceliotis pendere visus est F. Solmsenio, qui hanc con-

<sup>1)</sup> „Dem ο hängt sich ein Strich nach unten an, der es wie ρ erscheinen läßt.“ Blassius ad loc.

iecturam benivole mecum communicavit. Illud suffixum, de quo Usenerus, *Sintflutsagen* p. 58sq. locupletissime egit, Solmsenius negat in ullo verbo Graeco conspici nisi in voce *ὄβρικαλα* et in Sophronis voce *Ἡρύκαλος* frg. 142 K. Nam quod Curtius, *Stud.* I. 1 p. 259sq. tractavit verbum *γραύκαλος*, potest deduci a stirpe *γλανκ-* dissimilatione deformata cf. Hes. *γραύκαλος δῶρις τεφρός*. Alterum autem Useneri exemplum, Deucalionis nomen cum Solmsenio a stirpe *δενκ-* (*Πολυδεύκης, ἐνδυνέως, ἀδενκής*) deduci potest, cum nomina propria in *-κλος* formata iuxta formationem in *-κλής* de suffixo *-καλο* nihil probent. Solummodo de formatione *Ἡρύ-καλος* dubitare non licet, quidquid stirps *Ἡρυ-* significat.

Itaque unicum illius suffixi testimonium apud Graecos, quod quinto saeculo attribuendum est, praeter Aeschylum poetae Siceliotae debetur, ut vocalis *a* mutatione *-culo-* factum apud Romanos floruit. Vocalis autem mutatio ne quis miret, eadem conspicitur in voce *ιταλός* *Ῥωμαῖος ταῦρος* Hes., Latine vitulus, quam Italiotae Graeci sine dubio ab incolis Italiae receperunt.

Quare suffixum *-καλο-*, Latine *-culo-* eadem condicione uti videtur, ac suffixum *-ῖνος*, Latine *-īnus*,<sup>1)</sup> in quo, quod plura testimonia servata sunt, res multo explanatior est. Id in ipsa Graecia non reperitur nisi in nominibus hominum velut *Κρατῖνος, Ἀρχῖνος* al. Plane ignotum autem est in adiectivis originem indicantibus, vetustiore quidem aetate; nam aetate Romana hoc formationis genus valde auctum est. Traditur quidem apud Herodianum I. 184. 14, II. 888. 24 L. et Stephanum Byz. s. v. *Ἀμοργῖνος*, cum titulo exhibeant *Ἀμόργιος* cf. IG. I. ind.; *Φολεγανδρόνους* Stephani Byzantii vocat Solon frg. 2. 1 *Φολεγανδρόνους* metro scripturam confirmante. Solummodo *Ἀραντῖνος* ap. Pausan. 2. 12. 4 et Steph. Byz. s. v. *Ἀραντία* et *Λεοντῖνος* ap. Steph. Byz. s. v. *Ἀργουραῖοι* revera in usu fuerunt, quae tamen nomina propria vix inter adiectiva originem indicantia putanda sunt.

Contra apud Graecos et Siceliotas et Italiotas haec formatio floruit cf. *Ταραντῖνος, Ῥηγῖνος, Μεταποντῖνος, Ἐλωρῖνος, Ἐρυνῖνος* multa al., ut Herodianus adnotet II. 888. 9 L. *-ῖνος* δὲ οὐκ ἄηθες *Σικελῶν* cf. Ahrens, dial. II. p. 390, Steph. Byz. s. v. *Ἄμπελος*, ut Philistus Syracusius ausus sit Ambraciae incolas vocare

<sup>1)</sup> De hoc suffixo egit Wackernagel, *Archiv für lat. Lexicogr.* XIV. p. 2sq.

*Ἀμβρακίνους* frg. hist. Graec. I. p. 191, frg. 52, Steph. Byz. s. v. Idem valet de Latinis, quos dixisse Latinus, Venusinus, Ardeatinus, Anagninus, Praenestinus al. notissimum est nec non apud Oscos floruit cf. Bantins, *Μαμσρω*, *Νύκρινύμ* et apud Umbros *Ikuvins*.

Iam calculos subducamus, nam suffixi *-ίνος* usus exemplis satis multis demonstratus est. Illum autem, si cum suffixo *-καλος* comparas, docere, quomodo formatis *ὀβρικαλα*<sup>1)</sup> apud Aeschylum ad Siceliotarum usum recedere posse, ex ipsa testimoniorum collectione apparet.

### ΒΑΘΥΧΑΙΟΣ.

Ultimum denique, quod non sine veri specie Siceliotis vindicatur vocabulum, est *βαθυχαῖος* apud Aeschylum obvium Suppl. 859 (826) mel.? *ἄγειος ἐγὼ βαθυχαῖος*. Etsi locus foedissime corruptus est, tamen de voce *βαθυχαῖος* formata velut *βαθύδοξος*, *βαθυκλήης* dubitare non licet, quod vox recte formata sensu non caret, cf. schol. *βαθυχαῖος ἢ μεγάλως εὐγενής· χάοι γὰρ οἱ εὐγενεῖς*.

Materiam, quae de hac stirpe servata est, locupletissimam coegit O. Lagercrantz, *Kuhns Zeitschr.* XXXV, p. 287 sqq., cum de veriloquio egit. Testimonia quidem haec sunt.

Ad imitandem Lacedaemoniorum dialectum vocem *χαῖος* usurpavit Aristophanes *Lys.* 90 trim. *τίς δ' ἀτέρα παῖς; — χατα ναι τὼ σιῶ, Κορινθία δ' αἶ.* — *χατα νή τὸν Δία δήλη 'στιν οἶσα ταυταγὶ τάντεσθενί,* schol. *χατα· ἀντι τοῦ ἀγαθῆ μέν, Κορινθία δέ. παίξει δὲ παρὰ τὸ κερηνέναι.* Item *ibid.* 1157 trim. *Lacon: οἴπα γυναικ' ὄπωπα χαῖω τέραν.* Eiusdem certe vocis testis est Theocritus VII. 5 *εἴ τι περ ἐσθλὸν χαῶν (χαῶν?) τῶν ἐπάνωθεν,* „si quid illustre est antiquitus nobilium,“ cf. schol. *χαῶν λέγεται τὸ ἀγαθὸν παρὰ Λακεδαιμονίοις, χαῶν δὲ καὶ τὸ εὐγενές ἢ τὸ ἀρχαῖον.* Deinde tertia forma contracta a Valckenaerio ad *Phoen.* p. 588 Alexandro Aetolo reddita est in epigrammate ap. Gell. 15. 20 *ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος [αρ]χαιοῦ στριφνὸς μὲν ἐμοί γε προσειπεῖν κτλ.*

---

<sup>1)</sup> Ne quis propter *ι* de formatione vocis *ὀβρι-ι-καλα* dubitet, in memoriam revocamus, quod *ι* ex vocibus *ὀβριον, μολ-οβρι-της* inductum esse potest.

Conferas etiam grammaticorum testimonia Suid. s. v., Hes. *χαιά· ἀγαθή, χαιός· ἀγαθός*, sim. s. v. Ἄχαια. Alia eiusdem stirpis forma sine dubio conservatur in Hesychii glossa *χάσιος· ἀγαθός χρηστός*, qua inductus Ahrensius, dial. I. p. 76 scribi iussit *χάιος* ut in voce Laconica, qua in dialecto loco litterae σ intervocalis spiritus enuntiabatur. Denique Hesychius tradit *εὐχατότερον· πλουσιώτερον*, cuius de glossae integritate dubitatur (*εὐχαιότερον?*).

Deinde Lagercrantzii, quod de veriloquio iudicavit, referimus. Atque is profectus ab glossa *εὐχατότερον*, quacum aliam *ἀχητεις· ἀξήτητοι ἀσύνετοι ἄποροι* coniunxit, hanc formarum seriem probavit *χᾶτός > χάσιος* (velut *δρθός > δρθιος*), Laconice *χᾶλιος, χαιός* etc. Quae cum acutissime cogitata sint, nobis quidem non persuaserunt. Nam non solum glossa *εὐχατότερον* minoris auctoritatis est, verum etiam *χᾶτιος* apud Lacones debuit conservari, ut non intelligatur, unde Lacedaemoniis venerit *χάσιος*. Gravissimum autem est, quod in nomine quodem proprio sine ullo dubio eadem stirps conspicitur, quod ad Siceliotarum consuetudinem recedere verisimile est. Est autem nomen insulae *Παγγαία*, quo Euhemerus Messanensis in *ἱερᾷ ἀναγραφῇ* locum beatorum sive Elysium vocavit. Illud nomen significans insulam *παναγάθην* certe fictum est ab Euhemero, quippe quae nusquam sita sit, cf. Callim. frg. 86 Schn.

ἔς τὸ πρὸ τειχους ἱρὸν ἀλέες δεῦτε  
 οὐδὲ τὸ πάλαι Παγγαῖον ὁ πλάσας Ζᾶνα  
 γέρων ἀλάξων ἄδικα βιβλία ψήγων.

*γέρων* est Euhemerus, cf. schol. Clem. Alex. protrept. II. 24, p. 102 Klotz. De insula cf. Diodor. V. 42 — 46, cuius incolae *Παγχώους* (*Παγχῶους?*) memorat Plutarch. Is. et Os. 23 (mor. p. 360 B) *ἀλλὰ μόνος Ἐδήμερος, ὡς ἔοικε, πλεύσας εἰς τοὺς μηδαμόδι γῆς γεγονότας μηδ' ὄντας Παγχώους καὶ Τριφύλλους ἐντετυχῆκει*, qua in voce vocalium *ᾱ* > *ω* alternatio non mira est. Nullum certe illius nominis testimonium exstat, quod ad Euhemerum recedere non possit, qui in fingendo nomine Dorica Messanensis dialecti voce, non Laconica usus videtur esse. Hac ratione adducti sumus, ut vocem *βαθουχαιός* Aeschyli inter Siceliotas ponamus, praesertim cum Aristophanes testis est Lacones dixisse *χάιος*, non *χαιός*.



Haec habemus de vocibus Siceliotis, quae certiora sunt, reliqua aut incerta aut plane non Siciliensia iudicamus; tamen opus est eorum quam brevissimis mentionem facere verborum, quae viri docti Siceliotae consuetudini attribuerunt,<sup>1)</sup> ne nos fugiat, si quid veri illis coniecturis insit.

*λέπας* vox apud Aeschylum obvia Ag. 283 (270) trim. *πρὸς Ἐρμαῖον λέπας*, 298 (285) trim. *πρὸς Κιθαιρῶνος λέπας* a Wilamowitzio in suspicionem originis Siciliensis vocata est cf. Heracl.<sup>2</sup> Il. p. 345, quia in ipsa Graecia emortua servata sit in Sicilia, ubi *Ἀκραῖον λέπας* a Thuc. VII. 78 commemoratum ad Syracusas situm erat. Exstat quidem vox praeterea apud Simonidem frg. 114. 1 *Ἡερλή Γεράνεια, κακὸν λέπας* et apud Euripidem persaepe velut Herc. 121 chor. frg. 411. 2 al., etiam *λεπαῖος* Hippol. 1248 trim. al. Denique recentiores poetae vocem exhibent. *λέπας* aspera rupes est, cf. Prellwitzii lex. s. v., apud Aeschylum de saltu usurpata, atque is error Wilamowitzio gravissimam causam suppeditavit, cur aliunde i. e. ex Sicilia eam petitam esse contenderet. Cui sententiae acutissime disputatae nihil obstat, nisi quod ob Simonidis et Euripidis testimonia vocem inter priscas et obsoletas Graecas ponere praeferimus.

Vel graviore causa adduci nobis visi sumus, ut vocem *γαμόρος* inter Sicilienses poneremus, quae apud Aeschylum obvia est Suppl. 613 (594) trim. *τὸν μὴ βοηθήσαντα τῶνδε γαμόρων*; Eum. 890 (872) trim. *τῆσδε γαμόρῳ χθονός* (codd. γ' ἀμολρον restit. Dobraeus), quibus locis addimus frg. trag. adesp. 205 *ἐμπεδῆς γαμόρος μάρψεν Ἄιδης*. Hac de voce Herodotus tradit VII. 155 *τοὺς γαμόρους καλεομένους τῶν Συρηκοσίων ἐκπεσόντας*, quos Dionysius Hal. arch. R. 6. 62 vocat *ἐν Συρακούσαις οἱ γεωμόροι*. Forma Syracusana certe fuit *γαμόρος* cf. *γαμέτρας* IG. XIV. 645, I. 187 (C. B. III. 2, 4629), quae propter *α* neque Ionica neque Attica est. Tamen blanda specie decipimur, nam primum quidem Aeschylus omnes voces a stirpe *γεω-* incipientes *γα-* scripsit praeter *γηγενῆς* epicum vocabulum, cf. p. 3, tum autem *γεωμόροι* Atheniensibus inde ab antiquissimis temporibus noti erant, etsi a V. saeculo vocari solent *κληροῦχοι*, cf. Plut. Thes. 25 (Theseus) *πρῶτος ἀποκρίνας χωρὶς Ἐῶπατρίδας καὶ Γεωμόρους καὶ*

<sup>1)</sup> De voce *ἀρμοῖ* actum est p. 52.

